

BIBLIOTHECA  
SCRIPTORUM MEDII RECENTISQUE AEVORUM  
SERIES NOVA  
REDIGUNT A. PIRNÁT ET L. SZÖRÉNYI

STEPHANUS BRODERICUS

DE CONFLICTU HUNGARORUM CUM  
SOLYMANO TURCARUM IMPERATORE  
AD MOHACH HISTORIA VERRISSIMA

EDIDIT  
PETRUS KULCSÁR

\* /  
ORATIO AD ADRIANUM VI.  
PONTIFICEM MAXIMUM

EDIDIT  
CSABA CSAPODI

AKADÉMIAI KIADÓ, BUDAPEST

STEPHANUS BRODERICUS

DE CONFLICTU  
HUNGARORUM  
CUM SOLYMANO  
TURCARUM  
IMPERATORE AD MOHACH  
HISTORIA VERRISSIMA

\*

ORATIO

EDIDERUNT

P. KULCSÁR et Cs. CSAPODI

(Bibliotheca Scriptorum Medii  
Recentisque Aevorum. Series Nova.  
Tomus VI)

Stephanus Brodericus (Brodarics, ca. 1470–1539) anno 1526 episcopus Sirmiensis et cancellarius regis Hungariae Ludovici II. fuit, quo anno Hungari ad oppidum Mohács cladem fatalem a Turcis acceperunt. Is testis unicus oculatus extitit, qui hanc rem memoriae saeculorum mandavit opusculo suo in forma epistulae ad Sigismundum I. regem Poloniae datae redacto. Epistula auctoris manu propria scripta nusquam hodie inveniri potest aequa ac exemplar editionis anno 1527 Cracoviae typis impressae.

Orationis coram Adriano VI. pontifice maximo anno 1522 habitae unicum typis coetaneis impressum exemplar Sibiliae in Bibliotheca Columbina invenitur.

Volumen hoc nostrum editione critica horum duorum textuum auxilium ad investigandam saeculi XVI historiam Hungaricam ferre conatur.



AKADÉMIAI KIADÓ  
BUDAPEST

STEPHANUS BRODERICUS

DE CONFLICTU HUNGARORUM CUM SOLYMANO TURCARUM  
IMPERATORE AD MOHACH HISTORIA VERRISSIMA

\*

ORATIO AD ADRIANUM VI. PONTIFICEM MAXIMUM

BIBLIOTHECA SCRIPTORUM MEDII RECENTISQUE AEVORUM

CONDITA A LADISLAO JUHÁSZ

SERIES NOVA

TOMUS VI.

CONSILIIUM EDITORUM

ST. BORZSÁK, T. KLANICZAY, P. KULCSÁR, L. MEZEY,  
G. SZÉKELY

REDIGUNT

ANTONIUS PIRNÁT ET LADISLAUS SZÖRÉNYI

INSTITUTUM LITTERARUM  
ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE  
SECTIO LITTERARUM RENASCENTIUM

STEPHANUS BRODERICUS

DE CONFLICTU HUNGARORUM CUM  
SOLYMANO TURCARUM IMPERATORE  
AD MOHACH HISTORIA VERRISSIMA

EDIDIT


PETRUS KULCSÁR

\*

ORATIO AD ADRIANUM VI.  
PONTIFICEM MAXIMUM

EDIDIT

CSABA CSAPODI



AKADÉMIAI KIADÓ, BUDAPEST 1985

**ISBN 963 05 3837 7**

© Akadémiai Kiadó, Budapest 1985 · Petrus Kulcsár et Csaba Csapodi

Printed in Hungary

# INDEX

<b>De conflictu Hungarorum cum Solymano Turcarum imperatore ad Mohach historia verissima</b>	<b>7</b>
<b>Introductio</b> .....	9
<b>De vita et opere auctoris</b> .....	11
<b>De manuscriptis et editionibus</b> .....	12
<b>De ratione editionis nostrae</b> .....	19
<b>Abbreviations</b> .....	19
<b>Oratio ad Adrianum VI. pontificem maximum</b> .....	61
<b>Praefatio editoris</b> .....	63
<b>Annotationes</b> .....	75
<b>Ad Historiam verissimam</b> .....	77
<b>Ad Orationem</b> .....	85
<b>Index nominum</b> .....	87



**STEPHANUS BRODERICUS**

**De conflictu Hungarorum cum  
Solymano Turcarum imperatore  
ad Mohach historia verissima**

**EDIDIT  
PETRUS KULCSÁR**

# INTRODUCTIO



## DE VITA ET OPERE AUCTORIS

Stephanus Brodericus (Brodarics, Broderics, Broderith, Brodarith, seu Latine Brodaricus) — cuius opera saeculo XVI iam tum typis impressa in hoc volumine inveniuntur — circa annum 1470 in villa Polyána seu Jarosin in comitatu Kőrös nobili sed haud potenti genere natus est. Sumptibus Georgii Szathmári episcopi Quinqueecclesiensis Paduam, tum Bononiam studiorum causa petivit, annoque 1506 doctor iuris canonici in patriam reversus in cancellaria regia munus initit, deinde secretarius a patrono assumptus est. Initio minoribus tantum beneficiis ecclesiasticis exornatus canonicus Zagabiensis, Quinqueecclesiensis, Strigoniensis creatus est. Anno 1526 episcopus Sirmiensis, tum Quinqueecclesiensis, demum anno 1537 Vaciensis ordinatus est. Eodem 1526 anno etiam munere cancellarii regis fungebatur. Saepius legatus ad exteras nationes, immo ad ipsam Romanam curiam mittitur. De hac navitate oratio in hoc volumine edita praeclarum testatur. Superstes cladis ad Mohács acceptae primum partibus Ferdinandi, deinde regis Iohannis addictus est, sed semper studebat, ut otium et tranquillitas pacis pro integritate et salute regni Hungariae asservaretur. Quamobrem et cum hoste Turco de tributis pendendis et cum sectatoribus religionis a Luthero innovatae quodammodo convenire suasit. Sed maior pars virorum, qui eo tempore rebus gerendis praefuerere, ab his consiliis abhorruerunt. Bonae utilesque animi indoles nil viro frugi illi ad auctoritatem augendam profuerunt. Consiliis de re publica repulsis se a negotiis publicis removit. Anno 1539 Vaciae mortuus est.

Ampliora opera litteraria non reliquit, epistularum autem orationumque auctor praestantissimus est habendus, quippe qui et facundia et arte scribendi componendique plurimum valens vir eruditissimus humaniorumque artium studiosissimus cognosci possit. Relatione cladis ad Mohács acceptae, quam in formam epistulae ad Sigismundum I. regem Poloniae rededit, res gestas tradere, causas earum aperire, rumores falsos et calumnias malignas refutare voluit. Situm opesque Hungariae aequo ac mores incolarum vere describit, opinionesque Cuspiniani interdum oppugnans, nusquam tamen veritatem egrediens crimen libertatis perdendae primoribus patriae aequo ac principibus Europae obicit. Ne in hostes quidem odio execrabilis fertur, quamquam immaniter crudeliterque facta eorum acrioribus coloribus depingens aequum animum servare haud potest. Res atrox et materies horrenda bene lenteque composito scribendi generi, quod ab ira et studio alienum esse videtur, ita repugnant ut hac discordia rerum et verborum animus lectoris

capiatur. Brodericus ea potissimum, quae ipse vidit, enarrat, alio teste perraro et ad res tantum minoris momenti utitur. Veritas narrationis, praecipue ubi id tractatur quomodo Hungari se ad bellum ingruens praeparaverint, aliis fontibus satis comprobatur.

Unum et unicum opus a teste superstite cladis confectum iure semper magni aestimabatur, fonsque litterarius fide dignissimus et integer et excerptus et in alium sermonem conversus iterum atque iterum a viris doctis excudi curabatur. Scriptor noster, cum primus quam plurimas causas rerum tunc gestarum quaerere omnesque eventus earundem referre conatus sit, merito ipsis posterioribus fuit exemplo. Ita praecursor historiae altero dimidio saeculi XVI in Hungaria efflorescentis appellari potest.


Auctor opusculum suum rei novitate attonitus haud multo post proelium; attamen non ipso anno 1526 sed 1527 exeunte mense Martio exaravisse videtur. Brodericus enim, ut supra scripsimus, clade accepta Ferdinando addictus esse coepit, a quo epistula anno 1527 die 18. mensis Martii data descivit. Res gestas regi Poloniae referens semper Iohannem regem Hungariae legitimum memorat, hunc unum regiae dignitati aptum dicit, hunc ab adversariis defendere studet, Ferdinandum vero regni aemulum aspernatur. Qua re libellus, ut nunc legitur, nec ante diem 18. mensis Martii nec post diem 18. mensis Aprilis, quo iam typis Cracoviae excusus prodiit, perfici potuit.

## DE MANUSCRIPTIS ET EDITIONIBUS

Epistula auctoris manu propria scripta, quam ad Sigismundum I. regem Poloniae se adhortantem ac iubentem misit, ut princeps res vere cognosceret (vide Acta Tomiciana, tom. VIII. p. 222. et p. 223.), nusquam inveniri potest. Chirographum illi ingenti corpori fontium aetatem Sigismundi I. illustrantium, quod Stanislaus Górski saeculo XVI collegit, atque hodie Varsoviae in Bibliotheca Nationali asservatum „Teki Górskiego” appellatur, insertum esse veri simile videtur. Quae collectio ordine temporis servata disposita est, sed epistula nostra caret. Górski anno 1567 totam congeriem manu scriptam in 27 volumina transscripsit, exemplumque epistulae saepe memoratae tomo sexto inclusus (<sup>†</sup>G1). Qui tomi extremo saeculo XIX in Bibliotheca Caesarea Petropolitana inveniebantur, deinde in Polonię reportati tempore secundi belli mundani ad nihilum redacti sunt. Documenta Górskiana non semel excerpta in diversa collectanea manu scripta devenerunt, itaque fieri potest, ut epistula nostra in codicem Radzivillianum I. quoque transscripta sit, qui autem iam saeculo XVIII perii. In codicem Radzivillianum II. documenta res Borusso-Polonicas inter annos 1509 et 1535 gestas illustrantia congesta erant, quorum numero etiam epistula nobis investiganda sine dubio infuisse noscitur (<sup>†</sup>G3), sed anno 1939 hic quoque interiit, aequo ac codex Cornicensis I. (<sup>†</sup>G2), cuius tamen exemplar a quodam viro ex familia Jabłoński sub fine saeculi XVIII exaratum (J) etiamnunc in Bibliotheca Kórnicka exstat. Anno 1860 collectio Górskiana una cum epistula nostra secundum exemplar J et codicem <sup>†</sup>G3, qui tunc editoribus adhuc praesto erat, typis impressa est (T).

Nec manuscriptum saeculo XVI exaratum et hodie Budapestini in Bibliotheca Academiae Scientiarum Hungaricae asservatum (A) silentio praetereundum est, quod item pars cuiusdam collectionis maioris fuit olim. Exemplar vero alterum,

STEMMA MANUSCRIPTORUM EDITIONUMQUE



licet non integrum, saeculi XVI (C) in possessione Bibliothecae Czartoryscianaे Cracoviensiæ invenitur.

Quamquam omnes fere ampliores bibliothecas orbis terrarum precibus fatigavimus, editionem primam anno 1527 Cracoviae divulgatam (†P) nullo modo impetrare potuimus. Cuius verba itaque tantum ex editione anno 1568 a Iohanne Sambuco curata (S) coniectare possumus. Qui autem et in hac priore editione et in altera anno 1581 parata (S2) epistulam a Broderico contextam saepenumero immutavit, Praefationem auctoris (sententias nempe 1—10.) omittens, nomina et argumenta singula, in quantum potuit, corrigens, annotationes quasdam in textum addens etc. Postiores editores ad unum omnes hunc secuti aut prima eius editione aut secunda retractata nitebantur, et ipsi nonnulla ad libitum immutabant. His editionibus utebantur etiam ii, qui opusculum Brodericianum ex Latino in alium sermonem verterunt. Iohannes Letenyei se quadam editione anno 1564 a Sambuco in lucem proleta usum esse affirmavit, quod tamen fieri nullo modo potuit, quia Sambucus epistulam hanc anno memorato nusquam edendam curavit. Letenyei fortasse annum 1568 scribere voluit, quamquam eum ne editione quidem anno 1568 impressa sed alia quadam anno 1690 publicata (S4) usum esse satis constat. Emericus quoque Szentpétery lectorem in errorem inducit editionem anno 1527 exaratam sibi exemplo fuisse scribens, nam sine dubio textum anno 1770 impressum (R3) in linguam Hungaricam transfert.

## A

Clades Mohachiensis. Manuscriptum saec. XVI chartaceum, servatum in collectione Analectorum Bibliothecae Academiae Budapestinensis sub littera B. Continet foll. 1—11. numerata, id est pp. 443—463. numeratas. In fine sec. XVI possidebatur a quodam viro nomine Pécsi, cuius manu in p. 458. et p. 460. adnotationes historicæ scribuntur. Complures praeterea emendationes in textu et in marginibus videri possunt. Textum integrum cum Praefatione habet.

## †G1

Epistole, legationes, responsa, actiones, res geste serenissimi principis Sigismundi eius nominis primi regis Polonie et magni ducis Littvanie, Russie, Massovie domini ... per Stanislauum Gorski Cracovien. et Plocen. canonicum ... collecte et in tomos viginti septem digeste ... Dat. Cracovie die octava mensis Septembris natalis mei anno Christi nati MDLXVII., etatis mee 78. Stanislaus Gorski.

Tom. VI. foll. 257—279: Stephani Broderici epi Sirmiensis Hungari de conflictu Ungarorum cum Solimanno Turcor. imperatore ad Mohácz, in quo rex Ung. Ludovicus victus cum exercitu interit, historia verissima.

Index quidam manu scriptus in Bibliotheca Academiae Budapestinensis sub n. 4945. asservatus („Lajstroma azon magyar historiát illető iratoknak, melyek a pétervári császári könyvtárban találhatók”) ita docet. Collectio memorata saec. XIX exeunte in Bibliotheca Caesarea Petropolitana (sub nota Lat. Q. IV. 154.) re vera inveniebatur, unde vero, sicuti nos Bibliotheca Nationalis Leninopolitana certiores fecit, anno 1922 in Polonię reportata tempore belli II. mundani perempta est.

## †G2, J

Codex I. Kórnicensis (†G2) pervetustus sed aberratus, anno tamen 1783 a quodam viro ex familia Jabłoński Varsoviae in codicem J traductus. Hic Codex II. Kórnicensis (J) in Bibliotheca Kórnicensi Academiae Scientiarum Polonicae sub signo BK 225. hodie asservatur.

pp. 515—570: Stephani Broderici episcopi Sirmensis Hungari de conflictu Hungarorum cum Solimano Turcorum imperatore ad Mohacz, in quo rex Ungarorum Ludovicus victus cum exercitu interiit, hystoria verissima.

Habet sentt. 1—10, versus „In mortem sermi Ludovici regis Hungariae Andreas Critius epus Plocen.” et sentt. 11—253.

## †G3

Codex II. Radzivillianus a familia Raczyński olim possidebatur, sed a pyrobolis aëreis Varsoviae die 25. Septembris 1939 dissipatus est (v. Eduard Raczyński: Rogalin i jego mieszkańców. Londyn 1964. pp. 10—12), antea tamen, anno nempe 1860, ad editionem T adhibitus fuit.

## T

Acta Tomiciana. Tomus octavus . . . Continet A. D. MDXXVI. [Poznań 1860.] pp. 231—253: De conflictu Ungarorum cum Turcis ad Mohacz verissima historia Stephani Broderici epi. Vesprimen. [!], cancellarii Ungarie. In hac pugna rex Ludovicus cum exercitu victus interiit.

Textum integrum habet. Litteras geminas *ae* et *oe* ad unum omnes in litteram *e* transscribit.

## C

O kłęscie [del. Władysława Jagiellonczyka] Ludwika króla węgierskiego z plemienia Jagiellońskiego pod Mohaczem w 1526 roku. Codex chartaceus saec. XVI. in 4°, charta papyrea compactus in Bibliotheca Czartorysciana Cracoviensi, Rkp 1365 II. Vide Stanislaus Kutrzeba: Catalogus codicum manu scriptorum musei principum Czartoryski Cracoviensis. Vol. II. Cracoviae 1909—1910. p. 181. n. 1365.

pp. 1—39: De clade Vlad Jagiellonski ad Varnam. [= sentt. 77—253. Litteras *ae* et *oe* in litteram *e* transscribit.

## †P

De conflictu Hungarorum cum Turcis ad Mohacz verissima historia rever. patris et domini Stephani Broderici Hungari episcopi Sirmien. et cancellarii divi Lodovici Hungariae et Bohemiae regis qui die XXIX. mensis Aug. anno a Christo nato MDXXVI, suae vero aetatis XXIV. cum universo exercitu interiit, adjuncta M. Pyrserii Siles. epistola ad . . . Alexium Thurzonem. Impressum Cracoviae per Hieronymum Vietorem die XVIII. mensis Aprilis anno Domini MD. XXVII. 4°

Exemplar nullum invenitur. Ex Bibliotheca Ianociana descripsit G. W. Panzer: Annales typographici . . . Vol. VI. Norimberga 1798. pp. 469—470, n. 180.

## S

Antonii Bonfinii rerum Ungaricarum decades quatuor cum dimidia . . . Ioan. Sambuci Tirnaviensis . . . opera ac studio nunc demum in lucem proferuntur una cum rerum ad nostra usque tempora gestarum appendicibus aliquot . . . Basileae, ex officina Oporiniana, 1568.

pp. 757—774: Clades in campo Mohacz, in qua Ludovicus occidit, a D. Stephano Broderith olim procancellario descripta. = sentt. 11—253.

## S2

Antonii Bonfinii rerum Ungaricarum decades quatuor cum dimidia. His accessere Ioan. Sambuci aliquot appendices . . . Omnia nunc denuo recognita, emendata et aucta per Ioan. Sambucum . . . Francofurti, apud Andream Wechelum, M. D. LXXXI.

pp. 757—774: Broderithi descriptio recognita a Samb. = sentt. 11—253.

## S3

Antonii Bonfinii rerum Ungaricarum decades quatuor cum dimidia. His accessere Ioan. Sambuci aliquot appendices . . . Tertium omnia recognita, emendata et aucta per Ioan. Sambucum. Hanoviae, typis Wechelianis apud Claudium Marnium et haeredes Joannis Aubrii, M. DCVI.

pp. 757—774. idem est ac S2.

## S4

Antonii Bonfinii historia Pannonica sive Hungaricarum rerum decades IV et dimidia libris XLV comprehensae . . . Accedunt tractatus aliquot seu appendices variorum auctorum et rerum . . . auctore Ioanne Sambuco. Editio haec postrema . . . Coloniae Agrippinae, sumptibus haeredum Ioannis Widenfeldt et Godefridi de Berges, anno M. DC. LXXXX.

pp. 554—567. (recte 560—573.) idem est ac S2.

## S5

Stephani Broderici narratio de proelio, quo ad Mohatzium anno 1526 Ludovicus Hungariae rex periit, cum commentario Ioh. Caspari Khunii. Argentorati, typis et sumptibus Ioh. Friderici Spoor, anno MDCLXXXVIII. Nonnulla exemplaria anno editionis carent.

pp. 1—72: Steph. Broderithi descriptio proelii inter Ludovicum et Solymanum ad Mohazium gesti recognita a Sambuco. = sentt. 11—253.

## S6

Calendarium laurinense titulare et historicum ad annum Iesu Christi M. DCC. LVI. . . Annectitur huic Stephani Broderici historia clavis Moháczianae sub Ludovico II. Hung. rege . . . Iaurini, typis Gregorii I. Streibig, [1755]. Exempla separata foll. D1r—H2v exstant in quorum fol. D1r manu „Impressum typis Gregorii Streibig anno 1756 Iaurini” scribitur.

foll. D1r—H2v: Stephani Broderici regni Hungariae cancellarii clavis Mohácsianae sub Ludovico II. descriptio a Ioanne Sambuco olim recognita.

## H1

Historicum opus in quatuor tomos divisum a D. Simone Schardio . . . , quorum tomus II . . . Ed. Nicolaus Cisner. Basileae, ex officina Henric-Petriana, M. D. LXXIII.

pp. 1177—1195. idem ac S.

## H2

Schardius redivivus sive rerum Germanicarum scriptores varii olim a D. Simone Schardio in IV tomos collecti . . . opera Hieronymi Thomae Augustani. Tom. II. Giessae, ex officina Seileriana, typis Hampelianis, anno 1673.

pp. 218—229. idem ac S.

## R1

Rerum memorabilium in Pannonia sub Turcarum imperatoribus a capta Constantinopoli usque ad hanc aetatem nostram bello militiaque gestarum exegeses . . . recensente Nicolao Reusnero . . . Francofurti, impensis Claudi Marnii et haeredum Ioannis Aubrii, M. DC. III.

pp. 17—47: De clade in campo Mohaz, in qua Ludovicus II. rex Hungariae et Boemiae occidit anno M. D. XXVI, narratio auctore Stephano Broderico procancellario. = sentt. 11—253, usque ad sent. 85. ex editione S, inde ex S2.

## R2

Syndromus rerum Turcico Pannonicarum historiam centum et quinquaginta annorum complectens . . . Francofurti ad Moenum . . . anno MDCXXVII.

pp. 14—47. reimpressum immutatum ex editione R1.

## R3

Rerum memorabilium in Pannonia sub Turcarum imperatoribus a capta Constantinopoli usque ad annum MDC. bello militiaque gestarum narrationes . . . recensente Nicolao Reusnero . . . Francofurti M. DC. III. Recusae Colocae M. DCC. LXX. Editio duas variantes habet, unam paginas 311, alteram 356 continentem, textus vero Brodericianus idem est ac R1.

pp. 17—48: De clade . . .

## E1


Epitome rerum Hungaricarum velut per indices descripta auctore Petro Ransano . . . Impressum Ternaviae, eliminatione et relectione Lucae Peechi Pannonii, M. D. LXXIX. Editio duas variantes habet, vide exemplaria Bibliothecae Academiae Budapestinensis sub numeris RM II. 10a et RM II. 10b asservata, sed textus noster idem est.

foll. Y5v—Z8v: Regnum Ludovici regis in campo Mohach occisi. (Excerptum sine nomine auctoris.)

## E2

Epitome rerum Hungaricarum velut per indices descripta auctore Petro Ransano . . . Annis ab hinc C LXVII impressa studio et opera Lucae Pecchi[!] Pannonii, nunc demum ob eius elegantiam recusa. Budae, typis Veronicæ Nottenhamstein, 1746. Nonnulla exemplaria cum variis assertionibus exstant.

pp. 281—298: Regnum Ludovici regis in campo Mohách occisi. Idem ac E1.



## TRANSLATIONES IN LINGUAM HUNGARICAM

### I.

Második Lájosnak Magyar ország' királyának a' mohátsi hartzon történt veszedelme, mellyet meg-irrt, a ki ottan jelen volt, Broderits István, Magyar o. kantzellariusa deákúl, most pedig magyar nyelvre által-tett Letenyei János P. P. M. P. Budán, özvegy Landerer Katalin betűivel, 1795.

pp. 1—87: A' mohátsi veszedelemnek le írása Broderits István Magyar-Ország' kántzelláriussa-által. = translatio sentt. 11—253.

### II.

Brodarics históriája a mohácsi vészről. Fordította ... Szentpétery Imre. Budapest, Lampel Róbert (Wodianer F. és Fiai), 1903. Magyar Könyvtár 337.

pp. 6—53: A magyaroknak a törökkel Mohács mezején vivott ütközetének igaz leírása. = translatio sentt. 11—253.

Reimpressum: Zrínyi Katonai Kiadó 1976, iterum eodem 1976 anno, tertium 1977 (ed. 2.) etc.

### III.

A renaissance Magyarországon. Válogatta és a jegyzeteket írta Kardos Tibor. Szépirodalmi Könyvkiadó, 1961. Magyar Klasszikusok.

pp. 531—563: Brodarics István: Igaz leírás. Fordította Kardos Tibor. = translatio sentt. 11—253.

### IV.

Humanista történetírók. Budapest, 1977, Szépirodalmi Könyvkiadó. Magyar Remekírók

pp. 289—328: Brodarics István: Igaz történet a magyarok és Szulejmán török császár mohácsi ütközetéről. Fordította Kulcsár Péter. = translatio sentt. 1—253.

Ed. 2. in: Mohács emlékezete. Budapest, 1979, Európa Könyvkiadó et Bratislava, 1979, Madách Könyvkiadó pp. 11—48.

Praeter haec opera complura textum nostrum sive de originali sive de traductione quadam adhibentia cognita sunt, quae tamen sui iuris editiones haberi non possunt. Caspar Heltai suorum linguae Hungaricae Chronicorum (Chronica az magyarok-nac dolgairol ... Colosvarot végeze Heltaj Gaspárné, 1575, foll. 205v—208v) caput de vita Ludovici II. e narratione Brodericana excerpit; Tarikh-i-Petševi (Ibrahim) hunc textum Hungaricum in linguam Turcicam convertit (ed. Constanti-nopoli 1866, vol. I. pp. 108—115), unde József Thüry in linguam Hungaricam reconvertit (in ephemeride Századok 1892, pp. 560—566). J. v. Hammer hunc textum ab Heltai conscriptum e lingua Turcica in Germanicam sub titulo „Auszug aus des Haiducken Nagy Geschichte des Mohacser-Feldzuges, erhalten in der osmanischen Geschichte Petschewi's (des Fünfkirchners)" traducens se opusculum Mathaei Nagy, in sent. 245. laudati, reddere credit (in. Archiv für Geschichte, Statistik, Literatur und Kunst 1827, pp. 77—79).

## DE RATIONE EDITIONIS NOSTRAE

Nos manuscripta nobis patentia, nempe **A** et **C** et **J**, libros **T** et **S** horum aequivalentes, typis licet impressos, ad textum epistulae reconstruendum sequebamur. Annotationes criticae rationem scribendi (ti—ci, i—y—ÿ, c—k, ae—oe—e, t—th, adp—app, 50—L etc.) respiciunt, formam vero litterae (s—ſ, i—j etc.) et varietatem litterarum easdem voces significantium (ÿ—ij, u—v, uu—vv—w etc.) omittunt. Scripturam codicis **C** et editionis **T**, quoad litteras geminas *ae* et *oe* in litteram *e* transscribunt, non notamus. Abbreviationes etc. sine nota explicantur, litterae minutae grandes et interpunctio notioni convenient.

Post textos annotationes partim ad narrationem intelligendam necessariae partim fontes et aliorum documentorum testimonia demonstrantes positae sunt.

Petrus Kulcsár

## ABBREVIATIONES

a. corr.	ante correctionem
add.	addit
cf.	confer
cit.	citatus
corr.	corrigit, correctus
del.	delet, deletum
ed.	editio, edidit
fol.	folium
ins.	inserit, insertum
l. c.	locus citatus
marg.	margo
n	nota
n.	numerus
om.	omittit
op.	opus
p.	pagina
p. corr.	post correctionem
r	recto
ras.	rasura
s. l. et a.	sine loco et anno
sent.	sententia
tit.	titulus
tom.	tomus
v	verso
v.	vide
vol.	volumen
[...]	additamenta nostra
<...>	litterae emissae
<i>litterae cursivae</i>	verba nostra in annotationibus criticis



## AD LECTOREM PRAEFATIO

1

Operae preium fore putavi, si bellum, quod divus Ludovicus Hungariae et 2  
Bohemiae rex, unicum hoc seculo nostro verae probitatis exemplum, cum  
Solymano potentissimo Turcarum imperatore maiore animo ac necessitate quam  
s vel viribus vel eventu proxime gessit, et in quo interiit, breviter describerem eo etiam  
consilio, quod video esse nonnullos, partim qui haec aliter, quam acta sunt, narrant,  
partim qui nostros alias aliam ob causam criminari non cessent atque hunc  
infelicem pugnae eventum non solitis rerum humanarum casibus sed nostrorum  
culpae falso adscribere nitantur. Miseram humanae calamitatis sortem, utpote 3  
10 quae non solum ipsa per se sit satis gravis et erumnosa, sed etiam quod omnia, quae  
vel fieri vel vitari potuisse videantur, soleant calamitatem passis imputari idque  
quandoque per ludibrium! Nos quoque, ut video, et rex noster inclitus, qui caput 4  
suum non dubitavit pro Christi religione et pro aliis Christianis ponere, de hoc tam  
bono et sancto opere non solum non laudamur sed etiam lapidamur, et non saltem  
15 misericordiam aliquam tantae nostrae miseriae ab iis, pro quibus haec passi sumus,  
meremur, quibus, haud scio an aliud iure imputari possit nisi quod ab eo tempore,  
quo Christi dei optimi maximi ductu ex Scythia venimus et fidem Christi professi  
sumus, fuimus semper scutum et clipeus omnium aliorum Christianorum, et quod

1 Ad—praefatio **J om.** / praefatio **T om.**

2 A precium **J practium** / A putavi fore / T Ungarie

3 J saeculo / A vere T rare

4 JT Solimano / JT Turcorum / A maiori / ac J et

5 et in quo interiit **J om.**

6 quod A quo / esse A om. / A narrant

7 A alienum

8 J ventum

9 A ascribere **J asscribere**

10 A sit per se / quod A om.

11 A potuerint / videantur A om. / idque **J add.** etiam

12 quandoque A add. etiam / A inclytus

13—14 ponere—opere A morti obincere, ob hoc tam sanctum et bonum opus

14 J sancto et bono

15 A misericordiae / nostrae A om. / A hiis **J his**

17 J Scithia

18 fuimus **T om.** / A clypeus

in hoc praeclaro nostra sententia Christianitatis obsequio duos iam reges, ambos  
eadem Iagellonia stirpe prognatos, tot praeterea utriusque ordinis principes viros,  
tantum nobilitatis et militiae, tantam et tam innumerabilem populi multitudinem  
amisimus ipsis interim, si deo placet, bella plus quam civilia ac plus quam fraterna  
5 inter se gerentibus et uno in alium culpam huiusmodi bellorum referente.  
Potuissent, dicet aliquis, multa in hoc bello melius provideri; nos autem dicimus 5  
nullum adhuc fuisse neque ita potentem neque tanta felicitate praeditum vel regem  
vel populum, qui non adversam etiam aliquando fortunam sit expertus. Nos 6  
posthac etiam praecclare actum iri cum Christiana re publica putabimus, si reperier  
10 nationem aliquam, quae eam per quingentos amplius annos suo sanguine et suo  
privato sumptu ab externis hostibus tueatur. Sed ut omissis his, licet iustissimis,  
querelis ad rem nostram redeamus, descripsimus haec re vera ita, ut ea agi vidimus.  
Si stilus videbitur, sicuti est, incomptior, scimus non deesse plures et in Hungaria et 8  
in Polonia natos, qui potuerunt haec, si voluerint, exornare, quod si faciant, tantum  
15 abest, ut molesto id animo simus latiri, ut eos ad id vehementer etiam hortemur et  
gratias eis simus hoc nomine acturi, dummodo non recedant ab hac rei gestae  
veritate; nobis satis fuerit illis materiam tantum dedisse rudem illorum dolabris et  
asciis levigandam et expoliandam.

Apposuimus hic statim a principio nomina eorum, qui tunc maiores magistratus 9  
20 erant, quod per hos magna ex parte acta sunt omnia. Bene vale, lector optime, et 10  
boni omnia consule!

1 nostra sententia AJ *uncis inclusa*

2 J Iagicllonia

5 T reiiciente

6 provideri A *del. in marg.* potuissent

7 tanta T tam

8 etiam A *om.*

9 T preclarum / iri A *add.* putabimus / cum A *ins.* / A re publica Christiana / putabimus A *om.* / A  
reperiret

10 eam A tam

11 ut T *om.*

12 AJ querelis A *corr. in querelis*

13 A stylus / sicuti est A sicut est *uncis inclusa* / T Ungaria

14 T volent / J facient

15 A animo id / eos T *add.* etiam / id A *add.* faciendum / etiam T *om.*

16 J ei / T sumus / J geste

17 T sat

18 A a. corr. leniendam / A a. corr. expoliandam

19—20 Apposuimus—omnia A *om.*

Regnabat eo tempore, quo Hungariam Solymanus Turcarum imperator <sup>11</sup>  
validissimo exercitu est aggressus, qui fuit annus a Christi nativitate sextus et  
vigesimus supra millesimum et quingentesimum, Ludovicus eius nominis secundus  
Hungariae et Bohemiae rex, Vladislai Kazimiri ex Anna de Candale Galla filius, qui  
5 patre in aetate pupillari amissio agebat eo tempore, quo bellum est ei per Turcam  
motum, primum et vigesimum annum. Fuerat ei paucis mensibus ante patris <sup>12</sup>  
mortem desponsata Caroli imperatoris ac Ferdinandi archiducis Austriae soror  
Maria, quam statim, ut ad annos pubertatis pervenerit, duxit in uxorem, sorore sua  
natu maiore Anna eodem tempore Ferdinando in matrimonium tradita. Erat <sup>13</sup>  
10 Ludovicus iuvenis procerus forma corporis supra alios aequales egregia, naturae  
singulari bonitate et praeclera indole virtutis ita insignis, ut, si eum ad maturorem  
aetatem pervenire contigisset, habuissemus in eo procul dubio longe optimum ac  
praestatissimum principem. Ingenio erat miti admodum ac minime feroci, ad <sup>14</sup>  
omne rectum et honestum mire flexibili et sua etiam sponte proclivi, praeterea  
15 armorum tractandorum, equitandi, venandi et alia huiusmodi iuvenilia ac militaria  
opera exercendi studiosus, verax, constans et secreti, si quod ei credidisses,  
tenacissimus. Erat eodem tempore regni comes palatinus, quem vocant, quae prima <sup>15</sup>

1 T Ungariam / Hungariam—imperator S Solymanus Hungariam / A Solymannus J Solimanus /  
imperator A om.

2 J velidissimo / et J om.

2—3 qui fuit—quingentesimum S anno 1526

4 J Ungariae T Ungarie / et Bohemiae J et Bohaemiae S Boemiaeque / A Vladislai / S Cazimiri JT  
om. / S Caudale

5 A ammiso T orbatus / T Turcum

6 paucis A add. ante

6—7 S mortuum patrem

7 ac JT et

8 A pervenit ad annos pubertatis

9 tradita T data

10 A egregiae

13 J praestatissimum

14 A sponte etiam

15 ac S et

17 tenacissimus A observantissimus / eodem A eo / J temore / T comes palatinus regni / quem vocant  
T om.

est a rege inter seculares dignitas, Stephanus Bathory superioris Stephani Bathory,  
qui sub Mathia rege impigre et magna cum laude rem Transsylvaniae administraverat, ex fratre Andrea nepos. Transsylvaniae praerat Ioannes Zapoly 16  
comes Scepusiensis, is, qui paulo post regnum est adeptus, a patre Stephano in  
amplissimis opibus cum fratre Georgio relictus, tanta apud nobilitatem gratia et  
favore ut iam inde a puerō omnes eum veluti regni successorem, si illud herede  
legitimo vacuum remansisset, observarent, et in eum unum omnium oculi essent  
coniecti. Maiori Walachiae, quam Moldaviam, Stephanus, Minori, quam Transal- 17  
pinam vocant, Radul wayvodaē imperabant, uterque regi Hungariae subiectus.  
10 Banus Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae, nam hae tres provinciae ab uno 18  
magistratu regebantur, quem nos maritimum etiam praefectum dicimus, erat  
Franciscus Battiani obsequiis familiaribus iuvenis olim regi adhuc puerō  
conciliatus. Arcem Themesiensem et eas regni partes, quas inferiores vocamus, 19  
Petrus Pereni tuebatur, et is coronam regni post mortem patris Emerici Pereni apud  
eum relictam cum eo, quem diximus, Ioanne Zapoly comite Scepusiensi servabat.  
15 Sirmio et ei regni parti, quae inter Savum et Dravum per ripam Danubii iacet, 20  
Paulus Thomory archiepiscopus Colocensis praerat ex ordine eorum, quos fratres  
minores de observantia vocamus, vir strenuus, et qui, antequam eam religionem  
intrasset, plurima exhibuerat nec modica suae virtutis argumenta cum hoste saepius  
20 congressus. Vacante postea archiepiscopatu Colocensi, cum ea loca amissio paulo 21  
ante Belgrado non minus defensore quam sacrorum ministro indigere viderentur, et  
postulatum fuisse in publico regni conventu ab omnibus ut Paulus e religione, si  
exire abnueret, etiam vi et autoritate summi pontificis Romani extractus illi  
ecclesiae illisque locis ab hoste defendendis praeficeretur, diu multumque ac vere

1 J saeculares / A Bathorj J Bathori TS Batori / superioris S superstes / superioris Stephani Bathory  
T om. / A Bathorj J Bathori S Batori

2 S Matthia / A Transylvanicam J Transsilvanam T Transilvanie S Transylvanam

3 JT administrabat / A Transylvaniae J Transsilvaniae T Transilvanie / A Zapoly JS Zapoli

5 Georgio S add. est

6 AJS haerede

7 et T om.

8 J Valachiae T Valachie / quam T que / T Moldavia S add. appellant / quam T que

8—9 T Transalpina

9 T vocatur / J Radull / A waydae J voievodae T voievode S om. / T Ungarie

10 J Slavoniae / nam hae tres T tres he

10—11 nam—dicimus S uncis inclusa

11 A a. corr. maritimum / etiam T om.

12 J Bathian: T Batiani S Bathiam / A regis

13 T Temesiensem

14 A Perienj J Perinni / coronam JS add. etiam / J Perenii

14—15 et is coronam—servabat A om.

15 JS Zapoli

16 A Sirmiae / A Sawm / A Drawm

17 A Thomorj JT Thomori S Tomorii

18 J minorum / de observantia T om.

19 T sepius cum hoste / A sepius

20 loca S bona

21 A Belgrado S Belagrado / A a. corr. videntur / et S om

22 S fuit

23 A a. corr. autoritatem JS authoritatem / summi AJ om. / Romani T om. / A protractum

24 ac vere T om.

non simulate reluctatum tandem voluntati regiae ac regni parere coegerunt. In qua 22  
praefectura confessione omnium, perperam etiam de eo iudicantium (ut nulla  
excellens virtus sine invidia est) ita se gessit, ut nihil penitus praetermisserit, non  
solum quod ad strenuum militem et imperatorem sed etiam quod ad virum  
5 religiosum et bonum archiepiscopum pertineret, nihil de priore vitae austерitate  
neque in cultu corporis neque in ulla alia re remittens aut immutans. Comes 23  
Christophorus de Frangepanibus ante menses aliquot ab obsequiis Ferdinandi  
archiducis magnis promissis ad regni obsequia accersitus cum postea loco beneficii,  
quod expectabat, iniuria non mediocri affectus fuisset, illuc, unde venerat, ad  
10 Ferdinandum redierat. Cancellarii munere fungebatur Stephanus Brodericus in ea 24  
parte Pannoniae superioris natus, quae nunc peculiariter Sclavonia nominatur, ad  
eum magistratum ex legatione Romana, quam tunc obibat, paucis ante mensibus  
accersitus maiore ad bene agendum animo quam facultate. Thesaurarii magistratus 25  
erat penes Alexium Thurzonem hominem, ut opinio multorum de eo erat,  
15 praedivitem et eo magistratu aliquoties antea diligenter functum. Ioannes 26  
Bornemyzza Posoniensis et Budensis arcis praefectum agebat non parvae apud  
regem, quem ab incunabulis educaverat, in rege in hanc vel in illam voluntatem  
movendo autoritatis, apud alias fere omnes magnae venerationis cum ob senium  
tum propter immotae cuiusdam severitatis et bonitatis ac illibatae in regem fidei  
20 opinionem. Hi fere, quos diximus, erant tunc publici magistratus, ceteri praelati et 27  
barones suis quisque privatis rebus operam dabant praeter Ladislauum Salcanum  
archiepiscopum Strigoniensem, regni primatem et supremum cancellarium qui licet  
paucis ante mensibus vel quia aliter facere non poterat, vel quietioris vitae studio  
sigillum regium, quod secretum vocant, in manus regias tradiderat, quod Stephano  
25 Broderico fuit datum, penes hunc tamen adhuc magna pars autoritatis residebat,  
resque huius etiam nutu pro magna parte regebantur, cui ob dignitatem, aetatem,  
prudentiam et rerum, quas longo tempore administraverat, agendarum peritiam

1 T regis

2—3 ut nulla—est T *uncos om.*

3 J excessens / penitus J *om.*

4 quod ad J quoad

5 A religiosum / A priori

6 T una

7 T obsequia regni / T quum / S beneficiorum

9 S quae

10 T rediit

11 J Panoniae / T superioris Pannonie / superioris natus A *om.* / J Slavonia / T appellatur

13 A maiori / agendum JT gerendum

14 J Thursonem / hominem A *om.* / ut—erat S *uncis inclusa*

15 A magist *corr. in magisterio*

16 A Bornemýzza JT Burnemissa S Bornomizza

17 in rege S eodem / rege A *a. corr.* regi / S aliam

18 J autoritatis

19 A immote T innate / T serenitatis / et A ac

20 A *a. corr.* opinione / A Hii / AJS caeteri

21 T Zalkanum

22 A supraeum / J cancellarum

25 adhuc S *om.* / AJS autoritatis

26 JT res

26—27 T prudentiam, etatem

27 J pericium

rex adhuc inter omnes plurimum tribuere videbatur, praesertim ubi de summa  
rerum agebatur. Et is fere erat status rerum in Hungaria, quando regi Ludovico 28  
nunciatum est Solymanum pace cum omnibus finitimiis in annos plures firmata  
arma infesta contra se terra aquisque movere, cui ad id faciendum magnam  
5 praebebat opportunitatem Belgradum et Sabacia paucis ante annis in potestatem  
redacta, Zalankemen et omnibus aliis oppidis citra Savum eodem tempore dirutis  
usque ad Varadinum Petri, quem totum tractum nos durante adhuc antiquo  
vocabulo Sirmium appellamus, quae res talem hosti aditum in Hungariam  
patefecerat, ut quoties Savum transire et in Hungariam irrumpere vellet, aegre  
10 posset ab eo prohiberi. Praeerat tunc ei Pannoniae inferioris parti, quod superius 29  
dictum est, Paulus Thomory, qui, ubi exploratum habuit Turcae in Hungariam  
adventum, non contentus id per litteras et nuncios saepe antea regi significasse,  
conscensis raptim levibus curribus, quos nos a loco Kochi appellamus, vigesima  
15 Martii ad regem tunc Vissegradi agentem repente advolat adventum et apparatum  
hostis ac pericula, quae regno immineant, edocet suarum ad hostem reprimendum  
virium imbecillitatem, celeritate esse opus ad arcendum hostem Savi apud  
Belgradum transitu et rem, si in tempore provideatur, tametsi difficilem, non tamen  
esse prorsus factu impossibilem, ad id, si necessaria sibi praestentur, suam operam  
pollicetur. Rex his rebus motus, et quod adventus Turcae ex pluribus etiam aliis 30  
20 locis vehementer confirmabatur, ex eorum, qui tunc secum erant, consilio  
conventum publicum indicit ad diem divi Georgii martyris, quae proxima erat  
sacra. Ad quam cum frequentes omnes omnium provinciarum ordines convenis- 31  
sent, decernuntur ibi ea, quae ad regni defensionem pertinere videbantur, illud  
in primis ut ad diem virginis matri ab Elisabeth visitatae dicatam, quae in secundam

1 A abhinc

2 A ageretur / JT Ungaria / A Ludovico regi

2—3 T nunciatum est regi Ludovico

3 AJ nuntiatum / A Solymannum JT Solimanum

4 J contra se infesta / J cum / S faciendum

5 AJ opportunitatem / S Belagradum / J Sabatia T Sabacz

6 A Zalomkemeny J Zalonkemen / A circa / A Sawm J Sanum

7 A Waradinum

8 J appellamus / T Ungariam

9 A Sawm J Sanum / T Ungariam / A a. corr. irrupere / JT egre

10 ei A et / AJ partis

11 A Thomorij JT Thomori S Thomorii / JT Ungariam

12 J nuntios

13 A Kochy J Coczii T „Koczi” S Kotcze / J appellamus / T XX<sup>a</sup>

14 T Marci / A Wysegradi

15 S imminerent

16 imbecillitatem S add. narrat / A esse opus ins. ad J opus esse T opus esse ad S esse opus

17 et T quam / si in A a. corr. sin p. corr. nisi

18 T prorsus factu esse / T si ad id / ad id, si necessaria A om. / praestentur JT dentur

19 T motus rebus / AJT Turci / aliis JT om.

20 qui tunc secum erant T om. / consilio T add. qui presentes aderant

21 JT divo / JT Georgio / J martiri T om.

21—22 ad diem—omnes A om.

22 JT sacram / quam T quem / T quum

23 S illudque

24 AJ imprimis / A Elisabethae / A a. corr. visitate / A dietam J dicatum / A que / J secundum

24—p. 27, 1 virginis—solet T visitationis gloriose virginis Marie; hoc est ad secundam Iulii diem

mensis Iulii diem cadere solet, omnes regni proceres tam ecclesiastici quam seculares et tota nobilitas viritim cum certa rusticorum parte Tolnam armati convenient hosti inde cum rege obviam ituri. Rex interim ad bellum necessaria paret, principes Christianos maxime vicinos per oratores communis periculi 32  
5 admoneat, Bohemos item Moravos et Slesitas tam nuncis quam literis urgeat ad auxilia debita et alia sibi ad hanc rem promissa praestanda, neque omittat pontificem Romanum urgere, quantum maxime possit, ad eam pecuniam, quam in Hungaria ad militem conducendum pontifex habebat, adaugendam. Nam de rege Poloniae Sigismundo, patruo regis alia prorsus ratio esse videbatur, quod is foedus 33  
10 cum Turca paulo ante pepigerat extreum excidium a suis regnis, quando aliter inter tot Christianorum principum dissidia non posset, vel hoc pacto avertere conatus, neque videbatur princeps integerrimus et fidei observantissimus contra confoederatum principem auxilia ulla praestiturus. Eadem de Venetis ratio erat. 34  
15 Permittitur praeterea in eodem conventu regi, ut, si ob aerarii publici penuriam, 35 quod mala administratione eorum, qui rei publicae praefuerant, penitus exhaustum erat, videretur ei thesauri ecclesiastici pars aliqua attingenda, id ei facere liceret, quod ut fieri sine noxa aliqua posset, Romanus etiam pontifex suo iam diplomate indulserat. Designantur postremo praeter illos, quos domi habebamus, duo huic 36  
20 bello gerendo duces, comes Christophorus, quem ad Ferdinandum redisse superius diximus, et comes Nicolaus de Zolyom. Cum haec et plura alia in hunc modum 37 essent in conventu illo generali constituta, rex rebus omnibus rite consultatis conventum dimittit, ipse, quae statuta in conventu fuerant, quanta maxime potest diligentia exequitur. Primum omnium scribit de his periculis ad omnes principes 38 Christianos, omnium auxilia implorat, maxime caesaris Caroli et regis Gallorum  
25 Francisci paulo ante ex captivo in libertatem restituti, utrumque summis precibus obtestatur ne se in tanto discrimine rerum deserant; regi Gallorum et illud in memoriam reducit quid sibi in oppido Piczigtone captivus per oratorem suum de

2 tota T universa / viritim A virtutum / AJ Tholnam

4 S parat / J principos / T periculi communis

5 S admonet / S Boemos / item S add. et / et AJ om. S ac / AJ nuntiis / S urget

6 AJS alias / T hunc / J nequo / J omittat T obmittat S omittit

8 JT Ungaria / T habeat

9 Sigismundo J add. I<sup>o</sup> / patruo regis T om. / esse S om. / A his / A faedus

10 A paulo ante cum Turca / T Turco / S suo regno

10—11 quando—posset S uncis inclusa

11 inter A in

13 A confaederatum / A praestiturus / T ratio de Venetis

14 ut S ne

17 S aliqua noxa / etiam A add. imperator seu

18 J Designatur / praeter S inter

18—19 AJ bello huic

19 S Christophorus comes / S redisse

20 S Nicolaus comes / A Zoljōm J Zoljōn S Salm

21 JT omnibus rebus / JT constitutis

22 T dimisit / in conventu T om. / JT erant / quanta J qua / J maxima

22—23 quanta—diligentia T om.

25 T captivitate / S utrunque

26 tanto T add. periculo et / rerum JTS om.

27 A Picigitoneae J Piczigtone S Piczigtone / A captui

defendenda Hungaria et de ferendis, si deus eum pristinae libertati restituisset, suppetiis promiserit, nunc esse tempus, ut promissa huiusmodi persolvantur, quando ei facta esset divino munere eorum adimplendorum potestas et sibi extrema immineret eorundem reposcendorum necessitas. Mittit praeterea oratorem 39  
5 expeditum ad alium sororium suum principem Ferdinandum et ad alias imperii principes, qui tunc Spyrae conventum imperiale habebant, mittit in Bohemiam, Moraviam, Slesiam, agit cum Ioanne Antonio barone Burgii, qui tunc pontificis nomine apud regem oratorem agebat, ut instet apud pontificem pro maiori pecunia ad tantum onus belli sustinendum suppeditanda. Praeficit argenti dimidiae ex 40  
10 ecclesiis excipiendae Ladislaum Macedonium paulo ante ex episcopo Sirmensi praepositorum Quinqueecclesiensem in gratiam cancellarii factum cum pluribus aliis, Nicolaum vero Gerendi argento huic vel in monetam cudendo vel ex assensu oratoris pontifici ad hos tantum solos belli usus militibus distribuendo. Exigitur 41  
15 praeterea per thesaurarium pecunia ab abbatibus, praepositis, capitulis, a civitatibus, quas appellamus liberas, a Saxonibus, Transsylvania, a Iudeis; conquiritur undique nervus belli ita, ut intra paucissimos dies collecta sit in hunc modum non parva vis pecuniarum in eosdem, quos diximus, belli usus distributa. Veniunt interim assidue modo literae, modo nuncii ab archiepiscopo Colocensi, a 42  
wayvoda Transylvano, ab aliis Turcam iam Belgrado appropinquare et aliquam 20 copiarum partem, quae praemissa erat, iam Savum transire, quae res acrieres addidit et regi et iis, qui apud regem erant, stimulus rerum omnium appoperandarum et ante omnia hostis, quando iam Savi transitu arceri non posset, a Dravi transitu prohibendi.

Verum hic locus postulare videtur, cum sit saepe tam Savi quam aliorum 43  
25 fluminum et locorum mentio facienda, ut situm universae Hungariae et maxime eorum locorum, per quae hostis contra nos venit, per quae nos illi obviam

1 JT Ungaria / ferendis A *add.* suppetiis

2 J suppeciis

2—3 suppetiis—esset A *om.*

3 quando JT *add.* et / T esse

4 S exposcendorum

5 alium A archiducem J illum T *om.* / T sororinum / suum A *om.* et JT ac

6 JT tum / J Spirae T Spire / habebant JT agebant / S Boemiam

7 T et Slesiam / T Burgi J *om.*

8 agebat A habebat

9 A substinentum T sustentandum / J subpeditanda / S dimidii argenti

10 T recipienda S accipendi summae / A Syrniensi J Sermiensi

11 praepositorum S *om.* / S Quinqueecclesiensem / cancellarii J *add.* Larii

12 A Gerendy

13 T bellii solos

15 J apellamus / AS Transylvanicus J Transsilvanus T a Transilvanis / A *a. corr.* Iudeis

17 diximus S *add.* nervos / usus S *om.*

18 J assidue / J nunctii

19 JT voievoda S waivoda / A Transylvano J Transsilvano T Transilvanie / ab aliis A *add.* iam S *om.* /

T Turcum / iam A *om.* / A Belghrado / J appropinquare

20 T partem copiarum / A Savim / A reddidit / et T *om.* / A regii / JS his

21—22 A appropinquandorum

22 et A ut / A Sawi

24 T quum

25 JT Ungariae

26 T hostes / per quae A perque

processimus, ubi praelium commissum sit, breviter explicemus. Hungariam igitur <sup>44</sup> totam, quam nunc vel ab Hunnis vel ab Hungaris populis ex Scythia certe profectis, qui eam incolunt, ita appellari constat, Danubius omnium, quos Europa habet, fluviorum maximus in monte Nigro ortus ex Germania defluens medium interfluit  
5 atque in duas partes scindit, in citeriore et ulteriore (nam nunc ita loquimur, ac si Budae, quae regni sedes est, essemus). Citerior ea est, ubi olim Pannoniae fuerunt, haec ab ulteriore Hungaria Danubio, ab Austria et Norico radicibus Caecii sic olim <sup>45</sup> dicti montis, a Sclavonia Dravo, a Bozna et Rascia Savo fluminibus terminatur, nam in locis Danubio propinquis et ad Belgradum spectantibus ad Savi usque 10 fluminis ostia cum Danubio excurrit, Walko, Posegam, Sirmium, tres insignes provincias, quas nos comitatus vocamus, a Sclavonia divellens. Huius citerioris <sup>46</sup> Hungariae caput est ea, quam paulo ante nominavimus, Buda regni sedes, nobiliora in ea oppida Alba Regalis coronatione et sepultura regum insignis, Strigonium metropolitana, Quinqueecclesiae episcopalis sedes, praeterea Sopronium, Iauri- <sup>47</sup> num et Sabaria divi Martini et Stridon divi Hieronymi patria. Flumina in ea nulla nobilia praeter Danubium et Dravum, quos superius diximus, lacus habet duos nobilissimos, Balaton et Fertew, alterum circiter tredecim milliarium in longitudinem protensem, alterum non ita longum sed Balatone longe latiorem. Huic citeriori <sup>48</sup> Hungariae, ubi Dravum transieris, annexa Sclavonia est pars olim Pannoniae superioris inter Dravum et Savum posita, sed Savum etiam longe transgressa et <sup>49</sup> usque ad flumen Hunam (hoc enim illi nunc est nomen) protensa. Ibi Croatia incipit, post quam Dalmatia sequitur per oram Adriatici maris, quae partim <sup>50</sup> Veneto, partim Turcae paret, minima eius particula est regi Hungariae subiecta, loca mediterranea Boznenses tenent et Rasciani, qui olim Mesi superiores fuerunt.  
25 Sclavoniae caput Zagrabia est, Croatiae nunc Bichygium est, antea Tininium erat, <sup>50</sup>

1 A comissum / explicemus S add. tit. cap. Hungariae descriptio / A Ungariam / igitur S om.

2 J Scithia

2—3 quam—constat S uncis inclusa

3 J appellari

4 A fluminorum / monte Nigro S Martiana sylva ad Ulmam / Nigro AJ lacuna

5 atque T ac / in T inter / duas J das S om.

6 S est ea

7 T Ungaria / A Danubia / ab S et / AJ Cecii

8 AJS Slavonia / AS Drawo / J Bossna T Bosna / S terminantur

10 J Wako / A Prosegam JT Pozegam / A Syrmium

11 AJS Slavonia

12 JT Ungariae / ea A et / ea—nominavimus T om. / ante A aut / S nomivavimus A Budam

13 A eo / oppida T loca et oppida / T regum et sepultura

14 S Quinqueecclesiensis

15 AJ Hieronimi T Ieronymi / Flumina S add. multa / nulla S om.

16 A nobiliora / quos superius diximus T om.

17 A Balathon / A Ferthev S Ferton / S tredecim circiter / J tredecem T XIII / A miliare S miliarium

18 A pretendunt / A Balathone

19 J Slavonia

20 S Savum et Dravum / T longe etiam / J loge

21 AJ Unam / hoc T sic / hoc enim—nomen JT uncos om. / A portensa J prutensa / S Ubi / Croatia J

Cracovia

22 Dalmatia A om.

23 T Turco / regi A om. / T Ungarie

24 J Bossnenses T Bosnenses / J et Rasciani tenent / J Maesi

25 J Slavoniae / J Croaciea / A Bichygium JT Bihirum S Bigihon / est T om. / A Tiuinum JT Timinium S Fumium

Dalmatiae in ea parte, ubi Hungaro paret, Segnia, Boznae Iaycza, Rasciae sive Serviae Belgradum. Et in hunc modum se Hungaria citerior et ea, quae inter Danubium et sinum Adriae sunt, habent. Ultradianubiana Hungaria montibus Carpatiis supra Posonium incipientibus et longissimo flexu ad littus Euxini maris 51  
 s porrectis a Moravia, Silesia, Polonia et a Russia distinguitur usque ad eum locum ubi regio est, quam Maromarussiam vocamus, ibi eam alii montes et sylvae ab eo 52  
 loco Severinum versus tendentes a Transsylvania et Walachia Transalpina separant. Hanc ulteriore Hungariam Tibiscus fluvius omnium, quos septentrio 53  
 habet, fluviorum, quantum adhuc intelligere licuit, piscosissimus in montibus 10 Maromarussiis ortus mediam interfluit, praeter alia minora duo navigabilia 54  
 flumina in se recipiens, Zamossium et Marusium, utrumque ex Transsylvania defluentem. Haec Hungaria ulterior haec habet oppida nobiliora: ad septentriōnem Posonium, Tyrnaviam, Trincinium et ibidem fluvium Vagum prope Comarom in Danubium influentem, Nitriam et inibi Bistritiam cum aliquot montanis oppidis et 15 auri, argenti, cupri fodinis, item Vaciam, Pestum Budae oppositum, Agriam, Cassoviam et aliquot Scepusii oppida non ignobilia, ad meridiem vero Cocoliam, Bachiam, Zegedinum, ultra Tibiscum Varadinum, Debrecinum, Rivulum Dominarum cum fodinis auri et argenti, Chanadinum et nobilissimam arcis Temesiensis praefecturam, quae tertium inter regni praefecturas locum obtinet, Severinum, ubi 20 pontis olim a Traiano imperatore extructi vestigia etiam nunc apparent, et alia, quae brevitas historica nunc prolixius vetat enumerare. Tibiscus ipse circa Titelium 55  
 non procul a Varadino Petri in citeriore eius fluminis ripa sito Danubium influit. Ultra eos montes, quos a Carpatiis ad Severinum protendi diximus, Transsylvania 56  
 est Daciae olim pars. Eius caput Alba Iulia vel a Iulio Caesare, vel a Giulia potius 57

1 J Dalmaciae / ubi T que / T Ungaro / A Bozne J Bossnae T Bosne / A Iaycha J Iaýcza

2 T Ungaria

3 A sinum Adriae et Danubium / JT Ungaria

4 J Karpatiis S Carpathiis / J Pozonium / T latus / A Evixini

5 A Slaesia JS Slesia

6 AS Maromarusiam / T vocant / eam S iam / T silve

7 JT Transilvania / JTS Valachia

8 JT Ungariam / A Tybiscus / J septemtrio

9 quantum—licuit T om. S uncis inclusa

10 J Maromarussiis S Maromarusiis / A duo minora

11 A Zamossium / J Marissium T Marissum S Marysum / A Transylvania J Transsilvania T Transilvania

12 JT Ungaria / haec S om. / J septemtrionem

13 J Thernaviam S Tirnaviam / A Thryncinium / fluvium A om. / A Wagum / A Komaron JT Comaron

14 A Nitriam / A Biztricziam S Bistriciam / et S om.

15 S aurique / A Pestum

17 A Bachyam JT Baciam / A Tybiscum / A Waradinum / A Debriczinum J Debrecinum

17—18 Dominarum JT Demarum

18 A Csanadnum JT Canadnum / A nobilissam / S arcem / J Themesiensis S Themesiensem

21 A ennumerare / A Tybiscus / J citra / A Ticelium S Titulum

22 A Waradino / S sita

23 S Carpathiis / J Transsilvania T Transilvania

24 J Dacie / S ab / A Gyula J Gyula S Hiula / potius T om.

quodam Hunnorum principe ita dicta, oppida complura nobilissima, in quibus Cibinium, Brassoia, Colosium, Bistricia et plura alia a Germanis, quos nos Saxones appellamus, condita et habitata. In ea sunt Siculi, gens ferox et bellicosa, <sup>58</sup> inter quos nullus neque nobilis, neque rusticus, omnes eodem iure censentur  
5 Helvetiorum instar. Transsylvania ipsa rerum omnium est feracissima, praecipue <sup>59</sup> auri, argenti et aliorum metallorum, ad haec salis montani, equos generat nobilissimos, vino abundat sed non aequae excellenti ut Hungaria et Sclavonia. Transylvaniam duea cingunt Walachiae, Transalpina et Moldavia, illa Danubio, <sup>60</sup> haec mari Euxino admota; utraque cum Transsylvania eam Europae nunc occupat <sup>61</sup> partem, quae olim Dacia erat. Sic totus iste tractus Transdanubialis, qui non solum <sup>62</sup> Hungariam ulteriorem sed Transylvaniam quoque cum utraque Walachia continet, Danubio, montibus Carpatiis, mari Euxino et rursus eodem Danubio ex <sup>63</sup> omni parte includitur. Et haec de generali Hungariae situ, nunc restat de his locis <sup>64</sup> dicere pauca aliquanto particularius, in quae tota huius belli vis incubuit. Infra <sup>65</sup>  
15 Budam per ripam Danubii descendantibus praeter quosdam ignobiliores pagos et <sup>66</sup> vicos Pakos, post Tolna est sedecim milliariis nostris Hungaricis a Buda remota, inde Batha, sub Batha Mohach ad ripam Danubii situm. Mohach ad dextram in locis mediterraneis Quinqueecclesias habet civitatem ante hanc cladem ut in Hungaria satis insignem quatuor milliariis vel paulo amplius a Danubio, tribus a <sup>67</sup>  
20 Dravo remotam, Dravum versus Soclosium, ultra Dravum Valpo arces nobiles habentem, a Mohach porro usque ad Dravum fluvium quatuor vel paulo amplius milliaria sunt. Supra eum autem locum, ubi Dravus Danubio miscetur, in ulteriori <sup>68</sup> ripa est oppidum Ezeek et ibidem vestigia magnae alicuius tempore, quo Romani Pannonias obtinebant, urbis, coloniae fortasse Romanorum ab ostio Dravi non nisi <sup>69</sup>  
25 duobus milliariis remota. In eo loco, ubi Ezeek est, Dravus in angustum coarctatus <sup>70</sup> ponti faciendo est aptissimus, quod sequuti nostri tempore, quo Belgradum

1 T nobilissima complura

2 A Brasovia J Brassochvia / A Colosimum / A Bistriczia J Bistritia / A alia plura.

3 gens S genus hominum / S bellicosum

4 nullus J ins. in marg.

5 A Helveticorum / J Transsilvania T Transilvania / rerum A om. / A ferocissima

6 auri T add. et

7 AJT Ungaria / et A vel / J Slavonia

8 JT Transilvaniam / JTS Valachiae

9 A Auxino / A Transylvania JT Transilvania

10 J Datia / T ipse / A Transdanubianalis

11 JT Ungariam / A Transylvaniam JT Transilvaniam / JTS Valachia

12 montibus T om. / A Carpatis S Carpathis / A Auxmo

13 de A om. / A Hungaria JT Ungariae / T iis

14 pauca S paulo

16 J Pacoss T Pakosz S Rakos / post A et / AJS Tholna / T XVI / AS miliariis / T Ungaricis

17 A Baatha / A Bahatha / J Mochacz S Mohacz / J Mochacz S Mohacz

18 S Quinqueecclesias / A ladem / ut S om.

19 T Ungaria / A quattuor / AS miliariis

20 T Soklossium

21 JS Mochacz / A quattuor / vel paulo amplius A fere

22 AS miliaria / T autem cum

23 J Ezeck T Ezek

25 AS miliariis J milliaribus / J Ezeck T Ezek

26 J securi / A nostro

amissum est, pontem ibi, per quem exercitus traduceretur, extruxerant. Post Ezeek <sup>67</sup>  
Erdewd est arx praepositurae Titeliensis, locus undique sylvis cinctus et qui parvo  
labore natura adiuvante munitissimus effici posset, post Baroh, Walko, Zatha et e  
regione eius Bachia, quam diximus, altera Hungariae metropolis in loco campestri  
sita, ut sunt omnia alia ulteriora, quae inter Tibiscum et Danubium iacent,  
campestria et plana atque ob id pecori et armentis alendis inprimis utilia. A Zatha <sup>68</sup>  
per eandem ripam est Vilak oppidum cum nobilissima arce, atque ibi primum  
aperitur beata illa et fertilissima regio Sirmiensis non vini solum toto septentrione  
laudatissimi sed etiam rerum omnium, quae ad usum humanum pertinent, ferax, tot  
olim imperatoribus atque etiam, quod annales Romani habent, unius ad <sup>69</sup>  
pontificatum Romanum evecti mater et alumna, oppido olim eiusdem nominis  
insignis, cuius etiam nunc vestigia extare dicuntur. Mira ibi locorum est amoenitas,  
mira soli foecunditas, incredibilis aeris temperies, quod propterea etiam esse  
constat, quod ea regio non est a littore Adriatico nisi tridui aut ad summum  
<sup>70</sup> quadridui itinere remota. Prima in Sirmia ab Vilak recedentibus occurrit  
Banmonostra sedes episcopatus Sirmiensis, ac antequam ad Varadinum Petri  
perveneris, Kamancz nobile oppidum, infra illud est Varadinum Petri oppidum  
cum arce ecclesiae Colocensi subiectum, quem locum amissio Belgrado pro  
Belgrado muniveramus; postea est Zalankemen et alia non magni nominis oppida  
<sup>71</sup> superiori Belgradensi clade per Turcas diruta. Inde in eo angulo, ubi Savus  
Danubium influit, arx Zemlin, inter hanc arcem et Belgradum ostia Savi et in altero  
confluentis angulo Belgradum illud tot nobilissimis cum hoste Turca commissis  
praeliis insigne, a cuius iam pene captae oppugnatione Ioannes Huniadi, Mathiae  
regis pater, Hungariae gubernator cum fratre Joanne Capistrano Amurathem olim

1 A ibidem / J Ezeck T Ezek

2 T propositure / A Thyteliensis J Thiteliensis T Titelliensis S Thitetiensis / JT silvis

2—3 locus—adiuvante A om.

3 JT Boroh / J Walco T Valko / J Zato T Zata / c S ea

4 eius S om. / JT Bacia / T alteram / JT Ungariae / T metropolin

5 A Tybiscum

6 J imprimis A om. / T Zata

7 J rippam / A Wylak JS Wilak T Villak / ibi primum T om.

8 aperitur A om. / A felicissima / regio A add. aperitur / S tota

9 J laudantissimi

10 quod S ut / quod—habent S uncis inclusa / A annuales

11 A alumnia

12 S est locorum / A amaenitas

13 A secunditas / etiam T om. S iam

13—14 esse constat A exstat esse

14 ad summum A om.

15 JS quadridui / JT Sirmio / A Wylak JS Wilak T Villak

16 A Ban Monostra J Banmo T Baumonostha / A sedis / J Sermiensis / A Waradinum

17 JT Camancz S Kamanceh / S intra / A Waradinum

18 S Colociensi

18—19 pro Belgrado A om.

19 S numeramus / A Zalonkemeny JS Zalonkemen

20 T superiore / T Turcos / S ibi

21 S Danubio / A Zemlyn S Zemlen

22 hoste T om. / AT Turco

23 A capte / A Hunniadŷ S Huniadii / S Matthiae

24 AJT Ungariae / A del. Amurathem *in marg.* Mahometem II. J Mrathen T Amuratem S  
Amurathen

Turcarum imperatorem summa cum nominis nostri gloria repulit. Hanc arcem nos <sup>72</sup>  
 Nandor Albam vocamus, aliqui Albam Graecam dicunt, antiqui Taurinum  
 appellarunt, sita est, qua Hungariam spectat, in rupe praecipiti, oppidum habens  
 sub se eiusdem nominis, hinc Savum, ubi Danubio miscetur, illinc Danubium  
<sup>5</sup> praeterfluentem despiciens. Et in hunc modum se habet Hungariae et eorum <sup>73</sup>  
 locorum, ubi tantam cladem accepimus, situs. Nam ad dotes Hungariae, quibus <sup>74</sup>  
 supra omnes Europae provincias, si verum dicere licet, abundat, referendas  
 peculiari volumine esset opus, nos situm eius, ut magis esset conspicuus, in sequenti  
 charta oculis legentium subiicere voluimus.  
<sup>10</sup> Rex igitur, ut ad institutum redeamus, ubi accepit Turcarum copias iam Savum <sup>75</sup>  
 transire, veritus, ne illo superato e vestigio ad ripas Dravi et ad oppidum, quod  
 diximus, Ezeek ante se occupandum festinaret, ad eum locum praesidio retinendum  
 animum adiecit; quae res demandata est comiti palatino, qui tunc non procul a  
 Dravo in arce fraterna erat, qui licet male pedibus affectus id tamen curandum  
<sup>15</sup> impigre suscepit. Ceterum illis, quibus mandatum erat, ut eodem vel irent vel copias <sup>76</sup>  
 suas mitterent, mandata regia segnius, quam par erat, obeuntibus palatinus frustra  
 id, quod aggressus erat, facere conatus Budam ad regem venit, ubi accusata eorum,  
 qui sibi adesse noluerant, negligentia postea apud regem mansit regiae exhinc  
 contra hostem profectionis comes. Sub idem fere tempus rex factus est certior per <sup>77</sup>  
<sup>20</sup> secretum nuncium a quodam, cui hostis consilia ac rerum eius status erat  
 exploratus, nihil esse consultius quam si wayvoda Transsylvania cum Transalpino  
 (nam et huius fides regi in hac parte explorata esse videbatur) vel a tergo  
 aggrederentur hostem nihil tale cogitantem, vel illo recta contra regem tendente ipsi  
 iunctis viribus Thraciam omni praesidio nudatam invaderent, ita enim fore ut  
<sup>25</sup> hostis vel oppimeretur in medio, vel certe ab incepto desistere atque ad sua

<sup>1</sup> T Turcorum

<sup>2</sup> JT Nanderbalum / J Grecam / JS Thaurinum

<sup>3</sup> J apellarunt / T Ungariam / J ruppe / A habent

<sup>4</sup> se A om. / hinc A huic

<sup>5</sup> T Ungaria S Hungaria

<sup>6</sup> T Ungarie

<sup>7</sup> T provincias Europe / si—licet S uncis inclusa

<sup>8</sup> T opus esset

<sup>8—9</sup> in sequenti charta T in precedenti pictura S om.

<sup>9</sup> A subicere S add. ita / volumus AJ add. qui talis est

<sup>10</sup> JTS Turcorum

<sup>11</sup> J rippas

<sup>12</sup> AT Ezek J Ezeck

<sup>13</sup> palatino JT add. regni

<sup>15</sup> AJ Caerulum

<sup>16</sup> suas T om. / regia S om. / quam J qua

<sup>17</sup> J aggressus / S fuerat

<sup>18</sup> S noluerunt / JT remansit / exhinc A et hinc

<sup>19</sup> Sub C incipit / J factus rex / C cercior

<sup>20</sup> A nuntium

<sup>21</sup> S exploratissimus / C consulcious / J woevoda T voievoda C vayvoda S vayvoda / A Transylvanus

**JTC** Transilvanus

<sup>22</sup> nam et—videbatur **JTC** uncos om.

<sup>23</sup> C agrederentur / A tali / T recto

<sup>24</sup> JTC Traciām / nudatam AC viduatam

<sup>25</sup> A certo / J adque

defendenda redire cogeretur. Fuit id consilium primo suspectum ob nonnullas <sup>78</sup> causas, quas longum esset commemorare, deinde ubi cum Strigoniensi archiepisco-  
po res fuit communicata, illo consilium approbante praeceptum est wayvoda Transsylvano per Urbanum Battiani, qui tunc forte in Moldaviam mittebatur, ut re  
5 plenius cognita id faceret, quod magis e re publica esse arbitraretur, et si id putaret utilius, vires suas et Transsylvanorum cum wayvoda Transalpino ad illa loca converteret; quae res pro magna parte in causa fuit ne wayvoda ad tempus praelii adesse potuerit. Iam dum haec agebantur, non aderat solum sed praeterierat <sup>79</sup>  
10 tempus conventui Tolnensi designatum, et nemo adhuc ad eum locum venisse audiebatur, videbanturque omnes solum regem inspicere, neque prius Tolnam <sup>80</sup> venturi, nisi regem ibi esse intellexissent. Invalescebant interim in dies magis ac magis rumores de Turcae ulteriori progressu, donec auditum est eum Savo transito aliquot castellis obviis dirutis Varadinum Petri obsidere et eam arcem (nam oppidum parum muniti habebat) acerrime terra et aquis oppugnari. Tum <sup>81</sup>  
15 denique rex, licet neque ex Bohemia, neque aliunde quisquam adhuc advenerat et paucas admodum copias apud se haberet, ne quid tamen in tanto regni periculo omisisse videretur, quod a se fieri posset, vigesima quarta Iulii Buda egreditur penes Danubii ripam Tolnam versus paulatim iturus, sperans interim alios quoque ad se venturos. Paulo ante hunc regis ex Buda egressum missus fuerat Stephanus Bathori <sup>82</sup>  
20 de Somlio ad wayvodam Transsylvananum, qui eum iuberet rejectis omnibus aliis consiliis hostis adventu ita iam exigente cum omnibus copiis Transsylvanicis ad regem properare. Habuit tunc rex, cum ex Buda egredetur, cum his, qui Mariae <sup>83</sup> reginae et archiepiscopi Strigoniensis erant, equitum ac peditum ad tria millia. Eo <sup>84</sup>

1 C defendenda / A primo consilium

2 ubi S om. / A Strigoniense

2—3 JT archiepiscopo Strigoniensi

3 T consilio / A a. corr. perceptum / AC waÿvoda JT voievodae S vayvoda

4 A Transsylvaniae J Transsilvano TC Transilvano / A Battiany JC Bathiani T Batiani S Battiani /

JT tum / A sorte

5 J lenius / et T ut

6 JTC Transilvanorum / JT voievoda C vaÿvoda S vayvoda

7—8 fuit—potuerit JT esse potuit ne voievoda [J wogevoda] ipse Transilvanus ad tempus praelii adesse potuerit C esse potuit ne vaÿvoda ad tempus prelii adesse potuerit S esse potuit quod vayvoda ad tempus praelii adesse non potuerit

8 A Iamque / A praeterierat

9 J Tholnensi

10 A videbaturque / JCS Tholnam

11 venturi A venire / A ibi regem / S intellexissent esse / in dies A om.

13 A Waradinum / eam S iam / T arcem eam

13—14 nam—habebat JTC uncos om.

14 C opidum / S munimentum / J oppugnare

15 S Boemia

17 JT obmisso / S XXIII / C agreditur

18 J rippam / AJCS Tholnam

19 A Bathorÿ J Bathor T Bator

20 A Somlyo / JT voievodam C vaÿvoda S vayvoda / J Transilvanensem T Transilvanie C Transilvanum

21 A a. corr. adventum / T iam ita / J Transilvanis TC Transilvanis

22 C quum / ex JT om. / T iis

23 J archièpis / ac TC et / TCS milia A om.

die, quo Buda egressi sumus, ad suburbanum Ambrosii Sarkani pervenimus  
duobus miliariis a Buda distans; Erd loco est nomen. Ibi rex equum amisit, quem  
habebat omnium charissimum ac praestantissimum, repente morbo absumptum,  
ex quo incredibili dolore est affectus, multi id pro infausto omine habuere. Ubi cum  
5 aliquot diebus rex fuisset commoratus, neque quisquam ad eum venisset, cum  
iisdem copiolis, cum quibus illuc venerat, ulterius ad vicinum pagum Erchy  
vocatum procedit, ibi etiam multis diebus inutiliter consumptis et solo Andrea  
Bathory ex primoribus cum non contempnendis copiis ad eum veniente, per ripam  
10 Danubii ad Pentelaw est itum, locum et ipsum, sicut de Ezeek diximus, vetustae  
alicuius Romanorum coloniae vestigia servantem, ubi nobis a wayvoda Transsylvania  
no Georgius Basy cum mandatis praesto fuit. Summa mandatorum haec erat:  
wayvodam valde anticipem esse, quid agere debeat, ob tantam, qui ad eum missi  
illis diebus fuerant, nunciorum varietatem; venisse ad se primum aliquot literas  
15 regias, deinde frequentes nuncios, in quibus Casparum etiam Horvath de Vingarth  
regiae dapis in mensam apponendae praefectum, quibus ad regem venire iuberetur,  
venisse postea Urbanum Battiani, qui consilia quaedam de hoste a tergo cum  
wayvoda Transalpino aggrediendo ad se detulerit, venisse postremo Stephanum  
Bathori de Somlio, qui rursus priora illa mandata repetiverit non revocatis aperte  
iis, quae per Urbanum Battiani fuerant nunciata; atque ita prorsus se incertum esse,  
20 quid inter tot consiliorum mutationes agere vel quodnam horum mandatorum  
exequi debeat; ad omnia se, quaecunque regia maiestas iubeat, esse paratum, sibi  
tamen videri illud consilium longe esse salutarius, quo ad regem venire iuberetur,  
serum esse iam illud aliud de Turca a tergo aggrediendo et ut valde periculosum ita  
iam factu etiam longe quam antea difficilior, etiam si maxime conduceat, iam enim  
25 Transalpinum, cum quo id facere iuberetur, coactum esse mittere in castra caesaris

1 C Budam / A Sarkanij JC Sarcani

2 duobus A tribus / ACS miliariis / Erd J sed

4 J est dolore / C quum

6 C hisdem / JT illo / AC Erchij JT Erczi S Erchii

8 A Bathorij J Balhori T Batori C Bathori S Bothori / cum S tum / C contempnendis / ad J et

9 A Penthelew J Pentheleu T Pentelen S Penteleum / sicut S add. et / sicut—diximus S uncis inclusa /

JC Ezeck T Ezek / J vetusta S vetustate

10 alicuius A om. C. add. et S add. etiam / JT voievoda C voyevoda S vayvoda

10—11 JC Transilvano T Transilvanie

11 A Basij JT Bassi CS Basii

12 JT voievodam C vaÿvoda S vayvoda / JT quidnam

13 J nuntiorum

14 J nuntios / AC Casparem JS Gasparum / J Horwatt T Horwal CS Horwath / J Vinograd T Vingart

S Wimgard

14—15 in quibus—praefectum S uncis inclusa

15 A a. corr. im / C iubetur

16 JC Bathiani T Batori S Bathiani

17 JT voievoda C vaÿvoda S vayvoda / C aggrediendo / A attulerit

18 C Somliis / C illa priora

19 AJC his / A Battianij JC Bathiani T Batori S Bathiani / J nuntiata / se C om. / esse AJC om.

20 A nunciationes C mutaciones / S quidnam

22 C salubrius / quo ad—iuberetur A om. / C iubetur

23 aliud S om. / JT invadendo C aggrediendo

24 etiam S om / T antc

25 A amittere

Turcarum pro obside filium, quem unicum haberet. His a Georgio Basy cognitis rex 88  
inde ad Feöldwar (ita oppidum in eadem ripa Danubii situm appellamus) eodem,  
quo Basy mandata domini sui exposuerat, mane profectus Georgio ibi in senatum  
vocato mandat, ut dies et noctes, quantum maxime possit, ad wayvodam festinet,  
5 placere regi wayvae consilium et ita nunc hostile limites regni ingresso et contra se  
properante ex usu esse, itaque rebus omnibus et consiliis aliis postpositis wayvoda  
cum omnibus tam Transylvanorum copiis quam aliis, quos per viam ad regis castra  
veniens ubique offenderit, ad regem festinet, omnes, quoscunque possit, in castra  
regia trahat, non nobiles solum et militares sed etiam agricolas. Dantur literae ad 89  
10 Transylvanos, dantur ad episcopum illius provinciae Ioannem Gozthon reginae  
cancellarium, dantur ad wayvodam ipsum Georgio id ex voluntate, ut dicebat,  
domini sui suadente literae, quas ille aliis ad eos facilius movendos ostendere posset,  
solito acrius scriptae et in quibus sub poena infidelitatis ei mandabatur, ut ad regem 90  
dies et noctes festinaret. Mittitur cum Georgio Basy, ut res facilius et celerius confici  
15 posset, Ioannes Statilius acris et prompti ingenii vir ac non mediocris literatura, 91  
Petri Berizlai episcopi olim Vesprimensis et bani maritimi, viri pacis et belli artibus  
clari ex sorore nepos. Hi nondum a rege discesserant, et ecce infaustus nuncius  
Varadinum Petri per plures dies a nostris viriliter defensum, omnibus fere  
defensoribus interemptis, muro, quo pervetusto et ideo non satis valido arx erat  
20 circumdata, crebris tormentorum ictibus in terram deiecto in hostium potestatem  
venisse, atque eos inde terra et aquis ad alias propinquas arces, maxime ad Vilak  
oppugnandum properare. Rex hoc nuncio consternatus tanto magis properare 92  
iubet eos quos ad wayvodam mittebat, scribuntur praeterea literae ad omnes partes,  
mittuntur nuncii ad Georgium comitem Scepusiensem qui non longe ab Alba  
25 Regali cum quinque hominum milibus esse dicebatur, ad Franciscum Battiani  
banum Croatiae, ad comitem Christophorum, quem iam fama erat a Ferdinando

1 His A iis / A Basy JT Bassi CS Basii

2 JS Feldvar TC Feldwar / ita—appellamus JC uncos om. / C opidum / C sittum / A appellamus

3 JT Bassi CS Basii

4 T posset / JT voievodam C vaÿvodam S vayvodam / A festinaret

5 JT voievodae C vaÿevode S vayevodae / regni A om.

6 JT posthabitis / JT voievoda C vaÿevoda S vayvodata

7 JTC Transilvanorum / quos T quas

8 C offenderet

9 et JT ac

10 A Transylvanos JTC Transilvanos / dantur S add. et / J Gozten T Gostan S Gozthan

11 J woievodam T voievodam C vaÿvodam S vayvodam / ipsum A om. / ut dicebat S uncis inclusa

12 literae S hae / A monendos

13 C a. corr. acrius S arctius / A paena

14 et T ac / A a. corr. festinet / A Basy JT Bassi CS Basii / J celerius et facilius

15 A Satilius

16 JT Berislai C Berizlaÿ / olim S om. / T Vesprimensis / maritimi ACS Martini

17 AC Hii S Alii / J nuntius

18 A Waradinum / C deflensum

19 C defensoribus / J intemptis / C prevetusto

19—20 quo—circumdata S uncis inclusa

21 A Wylak J Wilak T Villak C Vylak S Vylak

22 JT nuntio

23 JT voievodam C vaÿvodam S vayvodam / literae A add. et

24 AJ nuntii

25 TCS milibus / JC Bathiani T Batiani S Batthyani

26 C bánum / JC Croacie / C Christoforum / quem A cum

digressum in Croatiam ad patrem pervenisse, ut acceptis inde armis, equis et  
domestico milite ad regem instructior veniret. Ad haec Ladislaus Macedo Budam <sup>93</sup>  
ad reginam celeri cursu ire iubetur, petitur a regina, ut fratrem Ferdinandum et in  
eius absentia praesides Austriae pro subsidiis antea petitis regi quamprimum  
5 submittendis urgeat et maxime pro tormentis bellicis, quibus hostem instructissi-  
mum audiebamus, nos non valde abundabamus, deinde ut regina urgeat Bohemos  
quoque et illas copias Bohemicas pro quibus nomine et aere suo privato  
conducendis Megericio pecuniam dederat. Urgetur per literas Thomas Nadasdinus, <sup>94</sup>  
qui ad Ferdinandum missus fuerat, ut instet apud eum narratis ei regni ac regis  
10 periculis et praecipue Varadini Petri ammissione, ne princeps regi duplice cognatione  
et periculorum etiam societate coniunctus regem in tanta necessitate deserat. Idem <sup>95</sup>  
agere iubetur Nadasdinus apud alios imperii principes, qui tunc, ut superius dictum  
15 est, Spyrae conventum imperiale habebant. Inter haec Paulus Thomory adhuc <sup>96</sup>  
ante Varadinum Petri expugnatum, quum duo equitum millia, quae sola tunc cum  
eo erant, summae temeritatis esse iudicavit tantae hostium multitudini opponere,  
relictis in praesidio arcis mille circiter peditibus et paucis equitibus, quos in arce ab  
hoste defendenda periisse diximus, in alteram Danubii ripam transgressus fuerat  
ubi, quantum poterat, hostis celeritatem retardabat tam terra quam aquis, habebat  
enim et super Danubio copias navales eorum, quos nos liburnistas, nostro idiomate  
20 nazadistas appellamus, non parvas, hosti tamen longe impares. Rex vero <sup>97</sup>  
expugnatione Varadini Petri audita per ripam Danubii ex eo loco, quem supra  
diximus, ad Pakos, ibi biduum commoratus, et erat dies transfigurato Salvatori  
sacra, Tolnam pervenit aucto iam aliquantulum exercitu, ut, cum Tolnam intraret,  
habuerit ad quatuor vel paulo amplius equitum millia. Tolnam intranti regi prodit <sup>98</sup>  
25 obviam cum his, qui pauci iam Tolnam convenerant, comes palatinus, qui adhuc ex  
secundis castris, quae nos in Erchy diximus habuisse, Tolnam fuerat praemissus.  
Rege Tolnae existente convenerunt ex omnibus fere tam citerioris quam ulterioris <sup>99</sup>

1 JC Croaciam

2 ire A venire / a JTC om. / fratrem JT add. suum

4 C absencia / J ante

6 T abundamus / S Boemos

7 S Boemicas

8 conducendis AC add. lacunam JT add. 3 puncta / J Megeritio C Megerico S Mezericio

9 instet A iusta / ei S et

10 A Waradini / C cognacione

12--13 ut—est S uncis inclusa

13 JTCS Spirae / JTC Thomori S Thomorii S add. qui

14 A Waradinum / Petri JT om. / quum ACS dum J cum / TCS milia S add. haberet / T tum

15 A summe / A indicat JCS iudicat / A multitudinis S add. sc

16 C mile

17 S hostibus / C deflendenda / C ripam Danubii

18 A a. corr. tentabat JT tentabat C reterdebat S tetardabat

19 liburnistas, nostro idiomate JTCS om.

20 JT nasadistas C nazadystas / J appellamus

21 C expugnacione S oppugnatione / A Waradini

22 J Pakoss T Pakosz / C biduum / J transfigurato / J Salvatoris

23 AJCS Tholnam / ut S et / C quum J add. in / AJCS Tholnam

24 S habuit / A quattuor / JCS milia / ACS Tholnam / A regii

25 T iis / AJCS Tholnam

26 nos S eum / AC Erchy J Ercy T Erey S Erchii / AJCS Tholnam

27 AJCS Tholnae / A convenerant

Hungariae partibus et provinciis, quas nos comitatus appellamus, frequentes. Supervenit et comes Georgius Scepusiensis cum trecentis vel paulo amplius 100 equitibus gravis et levis armaturae ac mille circiter ducentis peditibus; affuit et Hannibal Carthaginensis Cyprius cum mille trecentis peditibus pontificis pecuniis 5 conductis. Venerunt et aliae pedestres pontificis copiae, quae omnes in unam 101 summam collectae efficiebant quatuor millia peditum, armis et robore militum eleganter instructae, atque ex hoc numero duce Gnoynsky Polono egregio castrorum metatore et ad hoc ipsum praecipue conducto Poloni mille et quingenti, qui rebus omnibus, quibus hoc militum genus commendari solet, alias peditatus 10 longe anteibant. Venerunt per hoc ipsum tempus et nonnulli ex episcopis, Paulus 102 Vardai Agriensis, Franciscus Pereni Varadiensis et plures alii tam episcopi quam seculares. Dum Tolnae essemus, consultatum est diligenter frequentissimo senatu 103 quotidie fere de rebus regni, de ulteriori regis progressu ac rursus de retinendo transitu Dravi, quando iam et de Savo et de Varadino Petri actum esset et Turca 15 expugnatis iam omnibus penes Danubium castellis et arce etiam Vilak in potestatem recepta ad Ezeek adventare diceretur. Designatur itaque rursus, qui 104 vadat ad Dravi transitum ante hostem occupandum, idem comes palatinus qui prius, adduntur plures ex optimatibus, qui eum sequantur cum copiis, quorum aliqui dum mandatum regium exequi recusant, dum privilegia sua et morem 20 baronum sub regis tantum signis militandi iactant, ea quoque res, Dravi scilicet defensio, fuit praetermissa, palatino tametsi eadem qua prius corporis valetudine impedito nullum tamen laborem recusante. Quem cum ad Mohachium progressum 105 ceteri, qui mittebantur, sequi recusarent privilegia sua, ut diximus, allegantes, rex in frequenti senatu, ubi de hoc agebatur, subito in iram versus, Video, inquit, ego 25 unumquemque capite meo (verba enim regis, sicuti fuerunt, ita ponemus)

1 TS Ungariae / partibus et JTCS om. / AC quos S quae / J appellamus / S frequens numerus  
2 comes A om. / Scepusiensis A add. comes

3 T adfuit

4 JT Annibal / A Chartagiensis T Cartaginensis C Carthagiensis / J Ciprius C Ciprius / JT pontificis / C peccunis

5 A a. corr. pontifices

6 A quattuor / TS milia / C peditum milia S peditum millia

7 J instructi / duce AC add. lacunam JT ductore C del. Gnujskij S add. Leonardo / A Gnoynsky JT Gnojenski C Gnoynski S Gnomskii

8 et T om. / A a. corr. praecipuae J precipue

9 quibus A om.

11 A Wardai J Verday C Varday S Vardai / A Peryni J Perinj T Perinii C Perynni S Perenni / A Waradiensis / alii S om.

12 JT Cum / ACS Tholnae J Tholne

13 AC quotidie / de rebus S diebus / regni A regiis / T ulterioris

14 et T om. / A Waradino

15 A Wylak T Villak C Vylak

16 JT accepta / J Ezeek T Ezeck

17 vadat S properet

18 C adducuntur / A sequuntur

20 JCS regis A add. signis / signis A om. / ea quoque A eaque

21 C defensio / C valitudine

22 J Mochacium T Mohacium C Mahazium

23 AJS caeteri / T recusarunt / ut diximus S uncis inclusa / in J om.

24 A a. corr. vide

25 S unumquemque / J capiti / verba—ponemus T uncos om. / enim T om. / A exponemus

excusationem et salutem capiti suo quaerere; ego personam et caput meum ideo in  
haec pericula adduxi, ut illud pro huius regni et vestra salute omni fortunae  
discrimini obicerem. Ne quis igitur sit, qui possit excusationem aliquam suae <sup>106</sup>  
ignaviae capite meo praetendere, neve possit aliquid mihi imputari, ibo ego Deo  
5 optimo maximo bene iuvante cras vobiscum in persona eo, quo alii sine me ire  
nolunt. His dictis applausu multorum, admiratione vero omnium, qui aderant, <sup>107</sup>  
subsecuta signum in sequentem diem proficisci canere iubet quibusdam, qui  
non ignorabant, quid inde periculi sequi posset, frustra profectionem huiusmodi  
dissuadentibus. Ex Tolna igitur sequenti die profecti pridie eius diei, qui erat <sup>108</sup>  
10 assumpta virginis matri dicatus, Zekzardum, inde binis castris Batham pervenimus.  
Fuerunt prius missi invalescente in horas hostis appropinquatione, qui exercitum <sup>109</sup>  
per pagos et vicos huc illuc dispersum in unum cogerent et Batham compellerent,  
fuit missus episcopus Boznensis Georgius de Palina vir iuris scientia et vitae  
integritate clarus, qui Paulum Thomory eodem venire iuberet. Cum itaque Batham <sup>110</sup>  
15 omnes convenissent, et tempus exigere videretur id, quod et ad eam diem videbatur  
non sine gravi detimento et incommodo dilatum, imperatorem aliquem exercitui  
praeficere, rex, animis ac suffragiis omnium prius a singulis secreto exploratis, cum  
multo maioris partis vota in monachum inclinare videret, eum cum comite Georgio  
Scepensi fratre wayvoda totius exercitus imperatorem declarat non omnibus  
20 eam ducum praesertim monachi declarationem approbantibus, quibusdam etiam  
sat gravate id ferentibus, quos tamen omnes postea vidimus dicto ducum  
obsequentissimos fuisse. Verum Thomory cum regis voluntatem eam circa se esse <sup>111</sup>  
videret, ut curam ducendi exercitus omnino susciperet, diu est multumque  
reluctatus nunc regularem professionem, nunc imperitiam ac virium suarum tanto  
25 oneri ferendo imparitatem causatus, habere dicebat regiam maiestatem multos

1 C excusacionem / et JT add. pro

3 C obicerem / C excusacionem / suae A sive

4 A capiti / JT meo capite / A mihi aliquid

5 maximo ACS om.

6 C admiracione

7 J subsecuta S subsequuto / AJ insequentem / proficisci A om.

8 T possit / T eiusmodi

9 AJC dissuadentibus / AJCS Tholna

10 A Zekzar dine S Zeckzardum / T Batam

11 JT Fuerant / C appropinquacione

12 et JT ac / T Batam

13 J Bossnensis T Bosnensis / AC Palyna J Palýna / C sciencia

14 JTC Thomori S Tomori / T Batam

15—16 id—dilatum S uncis inclusa

16 incommodo C in [del. col] commodo

17 ac J et / prius S om.

18 monachum T Paulum Thomori / A viderit

18—19 JT Scepensi Georgio

19 J voievodae T voevode C vayvode S vayvodae / C tocius

20 C declaracionem

21 S satis / C grave S graviter / tamen A cum / J omes / S postea omnes / T duci

22 Verum A add. cum / A Thomorý JTC Thomori S Tomorii / cum A om. / eam A etiam / esse T om.

23 A omnium

24 JC impericiam

25 J haberet

claros viros ex ordine patricio seculares quibus hoc muneris longe magis conveniret,  
nominabat comitem palatinum praesentem et wayvodam absentem utrumque in  
magnis expeditionibus versatum et ducendi exercitus aliis omnibus, quos Hungaria  
haberet, peritiorem, ad haec comitem Georgium et Petrum Pereni licet iuvenes non  
5 carentes tamen et ingenio et ministris longe se bello gerendo aptioribus, se tanto  
oneri omnino imparem, ut qui tale bellum, quale tunc suae maiestati instaret, ne  
oculis quidem unquam vidisset, neque id onus ullo pacto subitum etiam si rex  
caput ei amputare iuberet. His et aliis eiusmodi tam publice quam in secretis regis 112  
colloquiis frustra saepe commemoratis rex nihil secius eum ducem belli declarat.  
10 Addit ei, quod diximus, Georgium comitem wayvoda fratrem, qui et ipse diu est 113  
eam provinciam pertinacissime deprecatus, tandem ea lege consensit, ut ei nemo  
alius nisi frater Paulus (ita enim dicebat) collega daretur utque, ubi frater  
advenisset, liberum esset ei statim hoc munere sese abdicare, quod facile fuit  
concessum, quod longe iam antea fuerat decretum, ut cum Paulo Thomory et  
15 comite Christophoro wayvoda dux huic bello gerendo praeficeretur, nam comes 114  
Nicolaus Zolyom valetudinem adversam excusaverat. His ita peractis duces ad  
locum castris prope oppidum Mohach capiendum profiscuntur. Erat id oppidum 115  
episcopatus Quinqueecclesiensis inter Batham et ostia Dravi fluminis in ripa  
Danubii situm. Danubius paulo supra Batham scinditur in duos alveos, maior 116  
20 ulteriore, quae campestris est, Hungariam secat, minor Batham et Mohachium  
alluit, ambo infra Mohachium in unum coeuntes insulam ibi efficiunt. Mohachii 117  
vicus sive oppidum est satis celebre, habet circa se quoaque versum ingentem  
planiciem nullis collibus vel sylvis impeditam, habet ad solis occasum Quinqueec-  
clesias civitatem, ut diximus, ante hanc cladem satis insignem, a septentrione est ei

1 C viros claros / J patritio / A seculari J saeculares

2 JT voievodam Transilvaniae C vaÿvodam S vayvodam / utrumque A verumque

3 C expedicionibus / T Ungaria

4 AC perciorem / A a. corr. hae / et AJCS om. / Petrum S om. / A Perÿni J Perinni T Perinii C

Perynni S Perenni / licet S haec

5 A a. corr. aprioribus p. corr. apertioribus C aprioribus

6 A a. corr. talem / ne A in

7 A quidam / A a. corr. nullo / T pacta / etiam T om.

8 in C suprascriptum

8—9 T colloquiis regiis

9 T memoratis / A a. corr. secio

10 comitem JT add. Scepusiensem / J voievodae CS vayvodac / wayvoda fratrem T om.

11 T consentit / ut S quod

12 ita enim dicebat T om. / frater JT add. voievoda Transilvanie [J Transilvanias]

13 statim A add. ab / A fuit

14 A Thomorÿ JTC Thomori S Tomorii / et A de

15 JT voievoda C vaÿvoda S vayvoda T add. Transilvanie / wayvoda dux A om. / A proficseretur

16 A Zolyom JT Soliom S de Salm / A valetudine C valitudinem / A adversa / C excusaverant / CS itaque

17 prope T add. ad / C opidum / JC Mochacz TS Mohacz / C opidum

18 T Quinquequecclesiensis S Quinquecclesiensis / T Batam

19 C sittum / paulo A om. / supra A del. supra / T Batam / in A et C a. corr. inter / alveos S add. quorum

20 est A et / AJT Ungariam / T Batam / JT Mohacium C Mochacium S Mohaczium

21 JT Mohacium C Mochacium S Mohaczium / ibi T illic / A Mohachy J Mochaici TS Mohaczi C

Mochaci

22 JT seu / C opidum / habet A om. / C quoque

23 T planitem / JTC silvis

23—24 S Quinquecclesiias

24 ut diximus S uncis inclusa / ante T om. / T hac / A eadem T clade / J septentrione

ea, quam diximus, Batha, ab oriente habet illum minorem Danubii alveum, a meridie quatuor et amplius millariis remotum Dravum fluvium, inter quem et Mohachium sunt partim colles vitiferi, partim palustria quaedam loca. Et in hoc ipso spatio erat non procul a Mohach aqua potius quaedam palustris, quam quod ea vel palus vel amnis vocari possit, Krasso eum incolae appellant, ultra quem habebat Thomory quinque aut sex equitum millia in castris partim ex hiis, qui ab initio cum eo fuerant, partim qui postea cum Petro Pereni et cum aliis ad eum advenerant, quos iussu regis ex ulteriori ripa Danubii in citeriorem traduxerat cum exercitu regio coniungendos. Loco igitur castrorum cum collega prope Mohachium 118  
10 capto ac diligenter ex praescripto etiam Gnoynsky metato et sua cuique statione assignata ipse rursus ad suos, qui ultra illam aquam in castris erant, cum Petro Pereni proficiscitur illos quoque, si id eis persuaderi possit, in castra regia secum adducturus. Quo ubi pervenit et ubi militibus et copiarum ductoribus in unum 119  
15 convocatis voluntatem regis et pariter suam de castris retroducendis exposuit, tum vero milites ad unum omnes fremere indignari sese ab hoste, cui obviam iri oportebat, cum quo manus, si viri essent, forent strenue conserendae, abduci, fugam meditari non pugnam principes, qui talia regi suaderent, ocio et inertiae assuetos, veniat modo rex et secum in hostem arma ferat, victoriam fore in manibus suis, exploratum sibi esse habere quidem hostem ingentem vim hominum et 20 tormentorum, exercitum tamen eius et imbellem esse et inermem, vix decimum aut vigesimum quemque telum aliquod habere quo nocere possit; illud etiam esse sibi compertum dicebant omnem illam strenuam olim et invictam Turcarum manum primum sub Belgrado, post in expugnatione Rhodi cecidisse, agat modo magnanimus dux cum collega quae sint strenui ducis, omnia prospere cessura, 25 avellat regem et strenuum quemque militem ab illa inerti sacerdotum et aliorum pugnam detrectantium turba, qui regem etiam ipsum et animo alioquin et corpore

1 ea S om. / TC Bata / C a. corr. illud

2 A quattuor / et amplius A fere / ATCS miliariis

3 JC Mochacium T Mohacium S Mohaczium / J pallustria

4 JCS spacio / JC Mochacz TS Mohacz / C pocius / A quaedam potius / J pallustris

5 A Crasso / eum A itum / J appellant T vocant A add. uncum posteriorem

6 A Thomorȳ JTC Thomori S Tomorii / A millia equitum / TS milia / JCS his T iis

7 J inicio C incicio / A Perinȳ J Perinni T Perinii C Perynni S Perenni

9 S coniungendas / JC Mochacium T Mohacz S Mohaczium

10 ac T om. / C eciam AC add. lacunam S add. Leonardi / A Gnoynskȳ J Gnoienskȳ T Gnoienski S Gnoienskii / C stacione

11 A suas

12 A Perinȳ J Perinni T Perinii C Perynni S Perenni / AS ei

13 A adducturum / et A ac

14 A voluntate / TS regiam / pariter A partem / JT tunc

15 T ire

16 A foret / S strenue forent

17 T otio / AJ inerciae C inercia

18 C asuetos

19 esse A om. / quidem A om. / et S om.

20 AC imbecillem J inbellem

21 J liquod

21—22 T compertum sibi

23 sub T in / post S add. in / C expugnacione / C Rodi

24 A a. corr. qua / sint A a. corr. sine / S casura

25 A a. corr. avellet T evellat / C quēquē

26 C detrectancium / et S de / alioquin S om.

praestantem suis ignavis moribus et consiliis corrumpant et effeminent et ex  
praestantissimo iuvene sui simillimum reddere conentur. Dum haec in illis castris 121  
aguntur, iam apud Mohachium omnes loca in castris sibi designata occupaverant et  
sub tentoriis agebant. Rex adhuc se in Nova Villa Macedoniorum, quae inter 122  
5 Batham et Mohachium est, cum paucis continebat non parvo expositus periculo, si  
hostis non multum inde remotus paucitatem, quae apud regem erat, animadvertere  
potuisset, sed regis fatum in aliud tempus, ubi longe gloriosius pro patria  
occumberet, fortuna reservabat. Advolat interim repente ex castris nocte 123  
10 intempsa ad regem somnum carpentem Michael Podmaniczky ab optimatibus  
missus afferens pro re certa caesarem Turcarum Dravum iam transivisse cum  
magna copiarum parte, reliquam cum omni celeritate traduci, certamen nullo iam  
modo differri ulterius posse, orare optimates regiam maiestatem, ut omni mora  
postposita ad eos in castra veniret de praelio cum hoste conserendo consultaturus.  
Rex his, quae Podmaniczky attulerat, cognitis et advocatis his paucis consultoribus,  
15 124 quos secum habebat, consultat, quid in re tam trepida et ardua agendum esset.  
Occurrebat regi consilium wayvoda Transsylvaniae et comitis Christophori, quorum  
uterque per nuncios, qui ab illis paulo ante redierant, damnarat consilium eorum,  
qui regem ante tempus ad locum hosti adeo propinquum adduxerant, fuisse regi vel  
Budae expectandum vel in alio quopiam remotore ab hoste loco subsistendum dum  
20 125 omnes regni vires et auxilia convenienter, hortati fuerant regem ne ante suum saltem  
adventum manus cum hoste conserret; nunciabat et illud wayvoda per Ioannem  
Statilium venire secum ex Transsylvania copias cum numero tum robore militum  
ita praestantes, ut in eis posset rex vel praecipuam ponere spem victoriae. Et haec 126  
igitur regi veniebant in mentem et ante oculos ei versabantur, quae senatus  
25 nunciabat, cui si non paruisset, si quid adversi contigisset hoste praesertim adeo  
propinquo et militibus tanto pugnae ardore flagrantibus, videbat omnem rei male  
gestae aut occasionis praetermissae culpam in se unum reiectum iri. His curis anxius 127

1 A ignaviis / S corrumpere / S effeminare / et J ut

2 J praeclarissimo / S simillimum

3 JC Mochacium T Mohacz S Mohaczium / T occupaverunt

5 T Batam / JC Mochacium T Mohacz S Mohaczium

8 T fortunac

9 T intempsa / A Podmaniczky JT Podmaniczki C Podnamiczki S Podnamiczki

10 JT transisse

12 A ulterius differri

12–13 J omni mora posita T posita mora

14 A Podmaniczky JTC Podmaniczki S Podnamiczki / JT adulterat / S ocsultatoribus

15 A a. corr. agenda

16 JT voievodae C vaÿvode S vayvoda / A Transylvani JC Transilvani T Transilvanie / et S e

17 J nuntios

18 S hostis / A appropinquum / S adduxearnt / T regis

19 C remociore

20 A omnis

21 J nuntiabat / JT voievoda C vaÿvoda S vayvoda J add. Transilvaniensis T add. Transilvanie

22 JTC Transilvania / T tum

23 A eas

24 S veniebant regi

25 J nuntiabat

26 A tantac / S ardore pugnae

27 J praetermissee / J reiectam S conjectum

statuit tentare optimatum animos, si quo pacto ad wayvodam saltem et comitem Christophorum expectandum et ad castra interim, si hostis adeo urgeret, in tuiorem locum transferenda induci possent. Mittitur ergo in castra eadem ferme illa noctis hora, qua Podmaniczky venerat, cancellarius, qui apud regem erat,  
5 suasurus primoribus maxime ducibus belli et Strigoniensi archiepiscopo ac comiti palatino, nam reliquam procerum simul et vulgi multitudinem a nutu istorum pendere non ignorabat, praelii dilationem. Iubetur cancellarius commemorare omnia ex ordine quaecunque a wayvoda et a Christophoro fuerant regi nunciata,  
10 ponere eis ante oculos quam manifestum excidium regno immineat, si rex cum tot primoribus, tanto totius regni Hungariae nobilitatis et militiae flore sese tam aperto periculo exponeret. Nam si contingat, id quod hostium multitudine et apparatu cum paucitate suorum collata magnopere esset extimescendum, regem succumbere,  
15 quid postea esse quod possit hostem remorari aut impedire quo minus tota Hungaria parvo negotio potiatur? Dicebat insuper esse longe fortasse utilius, dum alii venirent, dum wayvoda cum Transsylvania, banus cum Sclavis, Christophorus ex Croatia, Bohemi cum Moravis et Slesitis, et si quae alia auxilia essent ventura,  
20 adesse possent, exercitum abducere in aliquem tuiorem locum vel retro etiam, si hostis eam necessitatem imponat, aliquantulum cedere, minus calamitatis accepturam esse Hungariam, si hostis eam totam a Mohachio usque ad Posonium pervagetur ac ferro et igne devastet, quam si talis exercitus, in quo rex et tanta sit procerum, nobilium et militum turba, uno praelio deleatur, his enim deletis quid postea spei regno reliquum esse? Rege autem et tot proceribus ac tali milite salvo faciliora fore omnia, eo praesertim rege, qui generis propinquitate ac necessitudine sit longe lateque universum Christianum orbem circumplexus. Haec cum  
25 cancellarius, quemadmodum iussus erat, eadem illa nocte ad proceres primum primoribus singulis seorsim nocte aditum, deinde ad senatum universum detulisset, nihil magis profecit, quam si nihil fuisse eis nunciatum, adeo omnium animi erant

1 JT voievodam C vaÿvodam S vayvoda

2 adeo S *om.*

3 C tuiorem

4 A Podmaniczky JTC Podmaniczki S Podmaniiczki

5 et T *add. domino / archiepiscopo* T *om.*

6 palatino JT *add. regni*

6—7 nam—ignorabat S *uncis inclusa*

7 C dilacionem

8 JT voievoda C vaÿvoda S vayvoda / AJ nuntiata

9 A regno excidium

10 C tocius / J Hungariae T *om.* / JC milicie

11—12 id—extimescendum S *uncis inclusa*

13 T esset / A posset

14 JT Ungaria / CS negocio / C pociatur / A longe fortasse esse

15 S venient / JT voievoda CS vayvoda / A Transylvanic JTC Transilvanis / cum S *om.* / J Slavis C Slaviis

16 JC Croacia / S Boemi / AJC qua / alia JT *om.*

17 C tuiorem

18 JT Ungariam / JS Mohacio T Mohacz C Mochacio / C Pozonium

20 S igni / S tanti

21 nobilium T *om.* / S deleantur

22 reliquum T *om.* / T esset

24 J orbem Christianum / C quum

26 JT seorsum / A noctu

27 T nihil / nihilo magis J nihilominus / magis T minus / S eis fuisse / AJ nuntiatum

partim vana victoriae spe certaminis avidi, partim metu dissuadendae pugnae, cuius  
 desiderio videbant militum animos accensos, occupati. Rex igitur sub primam 134  
 lucem in castra venit, et quia nondum ex Buda naves venerant, quae tentoria et alia  
 in castris regi necessaria deferebant, in domum episcopi oppido adiacentem  
 s divertit, tentatus ibi quoque quod per cancellarium paulo ante frustra tentaverat.  
 Convocantur igitur ad regem omnes omnium ordinum et nationum consiliarii, cui  
 135 senatui ex ordine etiam militari interfuerunt frequentes et ex Bohemis quoque ac  
 Moravis illi, qui alias praevenerant. Agitur diligenter cum senatu et militari ordine,  
 quid facta sit opus, cum nemo adhuc eorum, qui ex Transsylvania, Sclavonia,  
 10 Croatia, Bohemia, Germania expectarentur, adesset, quorum plerosque certa spes  
 esset brevi affuturos, hostis autem in propinquuo esset non nisi duobus ad summum  
 milliariis a castis regiis remotus, pugnam fortasse nullo pacto dilaturus, quid  
 faciendum regi censerent, transferendane alio castra pugnae interim, dum hi, qui  
 expectabantur, advenirent, differendae gratia, an belli fortunam cum hoste  
 15 experiundam? Aderat his consultationibus Paulus etiam Thomory proxima nocte 137  
 ex aliis castis hac ipsa de causa accessitus, qui cum a praelio cum hoste conserendo  
 videretur non alienus, rex miratus, qua spe animum haberet, et eius etiam a tali  
 proposito avertendi gratia coram universo senatu iubet eum interrogari primum de  
 suorum, deinde de hostium numero, nam et id sciebat ille magis ipsi quam ulli alii  
 20 constare ob frequentes exploratores et transfugas, qui ad eum assidue veniebant.  
 Ad primum respondit tam in castis regiis quam in suis (erant enim, quod supra 138  
 diximus, divisa) non esse suo iudicio supra viginti millia armatorum, in castis vero  
 hostium dixit se certo intelligere ad trecenta millia hominum. Quae res et tanta 139  
 nostrorum cum hostibus imparitas cum animos omnium vehementer perculisset,  
 25 subdidit repente ille non esse hostes propterea magnopere formidandos, esse enim  
 illam multitudinem et inermem magna ex parte et imbellem. Instanti regi rursus 140

1 metu **C del.** dissua / AJC disuadendae

2 JT occupari

4 C deferebant / domum A a. corr. modum / C opido

5 paulo—tentaverat A frusta tentaverat paulo ante

6 S omnis / C nacionum / cui S diu

7 S Boemis / ac S et

8 T alias S ad eos / C quum

9 JTC Transilvania / JC Slavonia

10 JC Croacia / S Boemia / T expectabantur / J pleroque

11 T adfuturos / JT ad summum duobus

12 AJCS miliarii / pacto A modo J pactu / dilaturus A daturus

13 S faciundum / alio S aliunde / T ii

13—15 interim—experiundam C om.

14 differendae gratia A om.

15 experiundam A exprimenda del. differendae gratia T experiendam / C Adherat / C consultacionibus / T Thomori etiam / A Thomory JTC Thomori S Tonorii

16 hac C ac / de C die

16—p. 45, 7 qui cum—spectantibus A om.

17 spe JTC add. eum / T etiam eius

19 de S om. / numero T munero / JT illi / ipsi JTC om.

20 ob J et T per C om. / J transfugos

21—22 erant—divisa TC uncos om.

22 TCS milia

23 T certe / intelligere C inlegē JTC add. esse / TC milia

24 C imparitas cum hostibus / C quum

26 C rursus regi

percunctando, quotnam crederet hostium millia esse bello aptiora et selectiora, respondit septuaginta millia. Is quoque numerus visus est exercitum nostrum quam longissime exuperare, praesertim cum idem tormenta etiam bellica grandiora dixisset esse supra trecenta. His tamen diu multumque consultatis et tam monachi 141  
5 consilio quam animis fere omnium (praeter paucos, qui nescio quo vano metu ducti non audebant palam, quod sentirent, proferre) iam per se ad pugnam decernendam spectantibus, supervenere repente inter medias has consultationes missi ex aliis castris, qui cum in senatum intromissi fuissent, dixerunt se nomine eorum, qui in 142  
10 aliis castris erant, tam ad regem quam ad senatum mandata habere. Ita prius cum solo rege in secreto conclavi colloquuti, postea inde cum eodem rege egressi monent 143  
15 senatum accurate nomine suorum, ne regem a pugna cum hoste conserenda dehortentur, habere se vires hostium, licet hi numerosi sint, plane exploratas, victoriam esse in manibus, modo fortuna, quam Deus eis obtulisset, uti vellent, venirent igitur cum rege et castra Deo bene iuvante cum suis castris hosti 144  
20 vicinioribus et illi invadendo opportunioribus iungerent, quod si qui aliud regi persuadere niterentur, illis paratum esse exitium, seque ab hoste contra nos, si castra nostra castris illorum quamprimum non admoveremus, venturos affirmabant. His inter ipsas belli consultationes coram rege et senatu expositis illis etiam, 145  
25 qui saniora consilia sequebantur, tam atroci denunciatione deterritis pugna decernitur nulla spe neque wayvodam, neque Christophorum, neque Bohemos ad tempus praelii affuturos. Banus tantum Croatiae, Franciscus Battiani, qui iam non 146  
procul a Quinquecclesiis cum copiis Sclavonicis erat, spem faciebat sese intra biduum aut triduum affuturum, id quod postea ita evenit. Fuerunt, qui dimisso etiam senatu multum improbarent consilia pugnae ita praecipitanter ineundae. Fuit 147  
inter alios Franciscus Pereni episcopus Varadiensis festivi ingenii iuvenis et ita terzo scribendi charactere praeditus, ut ei neminem nostrorum nisi fortasse Thomam

1 percunctando C del. quô / J quodnam / TCS milia / C apciora / et C ac

2 T LXX milia C septuaginta milia S 70 000 / C a. corr. His / T est visus

3 J exsuperare / C quum / T eidem

4 S 300 / C mōchi

5—6 praeter—proferre JTC uncos om.

7 C consultaciones

8 C quum

9 Ita T add. ut

10 JCS collocuti / A a. corr. movent

11 ne A a. corr. in

12 C dehortarentur / C hii

13 J ut / S velint

15 AJC oportunioribus / iungerent A immiscerent / qui CS quid / T regi aliud

16 A exercitum J axicum C excidium

17 J ventuos

i8 C consultaciones / C eciam

19 A atroci / J denuntiatione C denunciacione

20 neque J om. / JT voievodam C vaŷvodam S vaivodam / S Boemos

21 JC Croaciae / AJC Bathiani T Batiani S Bathianii / qui iam J quia

22 S Quinquecclesiis / JC Slavonicis

23 S evenit ita

24 C eciam

25 A Perýeni J Perinni T Perinii C Perýnni S Perenni / A Waradiensis / terzo S certo

26 AJC caractere / T nostrum

26—p. 46, l nisi—Vesprimiensem S uncis inclusa

Zalahazy episcopum Vesprimensem in hoc genere praeferre ausim, praesertim si tantum ingenio excolendo quantum ocio et his rebus, in quibus iuvenes nobiliores magno suo et patriae damno tempus plerumque conterere solent, indulsisset, is igitur quasi eorum, quae paulo post sequuta sunt, praescius regi non sine omnium,  
5 qui aderant, admiratione dixit eum diem, quo pugnandum esset, postquam ita placeret, viginti milibus Hungarorum martyrum (nondum enim hunc numerum exercitus excedebat) duce fratre Paulo Thomory pro Christi religione occisorum fore consecrandum, ac pro eorum canonisatione, quod vocant, cancellarium, si is huic bello supersit, in urbem fore mittendum ut qui pontifici et supremis patribus ob  
10 legationes Romae defunctas bene notus. In quo utinam ille falsus fuisse vates! <sup>148</sup>  
Sed erunt fortasse, qui accusaturi sint audaciam nostrorum, qui ita cupide pugnam <sup>149</sup> hanc exposcebant, et hanc vel temeritatem vel improvidentiam sint vocaturi, quos neque nunc deesse video. Sed ignorant illi multa fuisse in causa quae prudentissimos  
15 etiam et summos quosque imperatores ad idem facile impellere potuissent, et ante omnia mirus et incredibilis ac fatalis pene quidam militum ardor ac certa et indubitate in omnium fere animis victoriae spes, ad haec occulta etiam quaedam Pauli Thomory cum magna hostilis exercitus parte consilia, cum his scilicet, qui vel Christiani ipsi vel Christianis parentibus nati erant et qui tormentorum bellicorum apud hostem curam habebant partim Germani partim Italici generis. Quin et illud  
20 accedebat, quod non videbatur satis tutus ab hoste adeo propinquuo recessus, hoste praesertim ob equorum velocitatem ad nullam rem magis apto ac prompto quam ad persequendum cedentes.

Pugna igitur in hunc modum decreta, ea, quae ad pugnam pertinebant, curantur. <sup>152</sup>  
Ante omnia Thomory in castra sua, quae in proximo fuisse diximus, proficiscitur,  
25 ibi aegre a suis impetrat, ut retro aliquantulum concedant et se cum exercitu regio coniungi patientur. Ita sequenti die castra nostra cum castris illorum medio fere <sup>154</sup>

1 AJC Zalahay T Zalahazi S Zalahazii / A Wesprimensem T Vesprimensem S Vespriniensem / J proferre S praeferi / T ausum S velim

2 T otio / T iis

3 AS plerunque

4 J secuta

5 C admiracione

6 T viginti milibus S 2000 / T Ungarorum / JC martirum S martyrium

6—7 nondum—excedebat JT *uncos om.*

7 J Pauto / A Thomorȳ JTC Thomori S Thomorii / A religione

8 C canonisatione / quod vocant A *uncis inclusa* T add. Stephanum Brodericum / A cancellari / si A a. corr. sui / is A om.

9 A supremis / ob S ad

10 C legaciones / J defunctus

12 A improvidentiam C improvidenciam / sint A om. / quos S quod

13 S multa illi / prudentissimos C 3 litteras del.

14 C eciam / A quoque S om. / A antea

15 ac fatalis pene quidam A om. / et J add. non

16 A omnibus / A occulta / C eciam S om.

17 A Thomorȳ JTC Thomori S Thomorii

18 parentibus C om.

20 C accedebat

21 ac S et

24 A Thomorȳ JTC Thomori S Tomorii

25 A a. corr. ergo / et T ut

26 AC paciantur

millario infra Mohachium coniuncta fuerunt sic tamen, ut et ibi nostri illis non miscerentur, sed esset parvum intervallum inter nostra et illorum castra relictum. Eodem tempore venerunt ex Buda naves tormentis bellicis maioribus et minoribus, 155 pulvere item bombardico et quibusdam aliis ad pugnam necessariis plenae, novem 5 etiam machinas a Viennensibus missas advehentes. Venerunt et Alexii Thurzonis 156 ducenti fere pedites cum aliquot machinis, nam ipse cum episcopo Vesprimensi Budae relictus erat apud reginam; hi duo ad eius custodiam et obsequia deputati 157 fuerant fugae etiam eius postea comites, qui in hanc usque diem in reginae obsequiis permanerunt. Affuit et banus Croatiae die dominico, qui pugnam praecessit, cum 158 10 elegantissimis copiis, fuere ad tria millia equitum ac non ita multi pedites, venerant cum eo Ioannes Tahy, Ioannes Banfy et nonnulli alii ex regni Sclavoniae proceribus. Venit postridie eius diei mane rege aciem instruente (nam eo etiam die 159 creditus est hostis in praelium descensurus) Simon de Erdewd episcopus Zagrabiensis cum fratre Petro Erdewdy cum septingentis amplius equitibus viris 159 15 equis, armis decenter instructis. Advenit eodem fere temporis momento Stephanus 159 Aczel cum trecentis ferme equitibus, quos Ioannes Bornemyzza regi in subsidium miserat cum aliquot millibus aureorum, supremum a patre filio alumno munus. Venit circa serum eiusdem diei Ioannes Zerechen supra duo millia peditum eorum, 160 qui circa Dravum colunt et insignes sagittarii habentur, ducens partim in suis 20 partim in capituli Quinqueecclesiensis possessionibus collectorum, venerunt et alii quamplures intra illud triduum, illi praecipue, qui propinqui erant, et in his Philippus More episcopus Quinqueecclesiensis et frater eius Ladislaus More. Quibus omnibus simul congregatis fuere ad viginti quatuor vel viginti quinque 161 hominum millia, nam navalium copiarum, quae et ipsae eodem in loco erant, nullus

1 ATC miliario S miliari / J Mohacium T Mohacz C Mochacium S Mōhaczium / A fuerant

2 A *a. corr.* miscerentur

4 J plene / novem C naves

5 C eciam / A Wienensibus / J Alexii / AS Turzonis

6 S 200 / episcopo T domino / A Wesprimensi T Vesprimensi S Vespriniensi

7 A hii

8 S fuerunt / C eciam / postea A *om.* / CS hunc

9 T Adfuit / et T *om.* / banus S *add.* etiam / JC Croacie

10 TS milia / JC venerat

11 C Iohannes / JT Tahi CS Tahii / JT Banfi C Banfy S Banffii / alii C *om.* / JC Slavoniae

12 A regi / aciem S etiam / nam C iterat / C eciam

12—13 nam eo—descensurus JTC *uncos om.*

13 J proelium / T Erdevdi

14 A Zaghrabiensis / A Erdeödy J Cordewdi T Erdevdi C Erdewdi S Erdewdii / septingentis A *add.*

vel

15 equis T *add.* et / A tempore / momento A *om.*

16 JTC Acel S Azel / C trecentibus S 300 / J sc̄re / S equitibus ferme / A Bornemÿzza J Bornemissa T Burnemissa C Bonemiza S Bormemiissa

17 TCS milibus / A supremum

18 circa C *del. s* / serum A vesperam / A eius / A Zerechyan / T duo milia S 2000

19 A Drawm / J accorunt T accolunt / A habere J agentur

20 S Quinqueecclesiensis / A collectarum

21 S plures / T aliud / praecipue A praesertim

22 S Quinqueecclesiensis / S Vladislaus

23 fuere JCS *add.* autem / viginti quatuor T XXIV / A quattuor / T XXV

23—p. 48, 2 fuere—distante S *uncis inclusa*

24 TS milia / AJ ipse / T in eodem / C in loco eodem / A erat

24—p. 48, 1 nam—usus A *uncis inclusa*

in eo bello fuit usus caesare cum illo suo tam numeroso et potenti trecentorum  
millium hominum exercitu non nisi per duo miliaria distante. Consumpti sunt illi 162  
tres dies, qui pugnam antecesserant, partim in pugnae praeludiis, quae assidue  
fiebant maiori semper hostium quam nostrorum damno, partim in consultando  
5 quo pacto et in quo loco cum hoste congregendum, quem in modum acies esset  
struenda, ubi rex in acie stare, ubi eques, ubi pedes, ubi bombardae poni deberent,  
quas ad octuaginta habebamus cum hostilibus minime conferendas. Disputatum 163  
fuerat ante illud tempus diligenter de regis persona; fuerant, qui censerent eum cum  
aliquot hominum millibus selectis procul ab acie stare debere, quod cum nullo pacto  
10 exercitus latus esse videretur, qui regem de more volebant praelio interesse.  
Agitatum est illud, ut regis loco armis regiis alias indueretur, sed id quoque visum 164  
est sine ingenti exercitus reclamacione ac consternatione fieri non posse. Decretum 165  
igitur postremo est, cum satis anceps pugna imminere videretur, ut essent, qui regis  
servandi curam haberent, si quid gravius accidisset et regem simul ac aciem ita, ut  
15 restitui posse amplius non speraretur, inclinare viderent, ex media acie eruptum  
abducerent. Demandata fuit haec cura Casparo Raskay, Valentino Thörök et 166  
Ioanni Kallay, tribus praestantibus viris et regi sine ulla controversia fidissimis,  
dispositis etiam ad id equis velocioribus, quibus rex, si ita necessitas postulasset, in  
evadendo uteretur. Sed ut ad rationem disponendae aciei redeamus, erant non 167  
20 pauci et in his Gnoynsky, qui consultissimum censerent si curribus, quibus rex  
maxime abundabat, acies undique cingeretur, ac sic quasi intra septa ac munimenta

1 bello C ins. / JT usus fuit

1—2 T trecentorum milium S 300 000

2 exercitu A (tot enim eius sub signis habuisse constat) / TS miliaria / S illic

3 AJC antecesserunt / S assidue

6 T pedestres

7 ad C om. / J octoaginta TC octoginta / C hostibus / T conferenda

8 T fuit / A fuerunt / A a. corr. censerant S censebant

9 TS milibus / pacto T modo

9—10 J exercitus nullo pacto

11 J Sagitatum / est C add. et

12 C reclamacione / ac JT et / C consternacione

13 T reges

14 ac TC et

15 T amplius posse

16 A a. corr. Caspari JTS Gasparo / AJ Raskaÿ T Raskai S Raskaii / JTC Thewrek S Toronk

17 A Kalay JC Kalay T Kalai S Kalaii / S praestantissimus

18 C eciam / A ad id etiam

19 ut TC om. / JT aciei disponendae

20 his AC add. lacunam S add. Lampert / A Gnoynský JT Gnoienski C Gnoynski S Gnoniskii JT add.

Polonus / consultissimum S add. nimium

21 S abundat / sic S si / quasi S om. / septa A manu Pécsi add. in marg. Pugnandi necesitas cum iam  
adesseret, quam detrectare rex neutquam potuit ob causas declaratas, consilio istius boni viri Gnoynský  
vix inventari potuisse melius ad conservandum etiam in summo periculo exercitum salvum. Namque  
etiam Carolus V. imperator contra rebelles protestantes, qui ducibus Federico Saxoniae electore et  
langravio Hassiae contra dictum imperatorem arma sumpserant, ad Ingolstadium pugnans, cum de  
viribus et numero imparem hostibus esse animadverteret, circumquaque castris currubus et vallo munitis  
duo saltum loco aperto ad eruptionem, si occasio vel necessitas adesseret, in hostes relicto, continuo triduo  
intra munitiones castrorum in acie exercitum continens hostes aeneorum tormentorum, quibus maxime  
abundabant, explosione in loci exiguo admodum suorum damno detonare sivit. Demum fatigato  
aliquantulum hoste in omnem occasionem intentus ita eruptionibus continua hostem fatigavit ut illi  
loco castrorum excedere coacti, quamvis numero longe erant superiores, nullo tamen pacto pugnandi  
potestatem caesari fecere, de quibus clarissimam postea victoriam caesar reportavit. Pechy / ac S et

certamen fieret, hoc enim pacto futurum dicebant, ut hostis non ita facile nos posset, quod magnopere erat timendum, circumvenire. Approbant hanc struendac aciei formam Radicz Bosicz et Paulus Bakicz, ex quibus posterior tribus legitimis praeliis a Solymano cum hoste commissis interfuisse se dicebat. Itum est igitur 168  
5 pedibus in hanc sententiam demandataque ea cura Gnoynsky et quibusdam aliis, serius tamen, quam oportebat, et eo demum vesperi, quo in sequentem diem est cum hoste pugnatum, itaque haec quoque res sicuti alia multa fuit neglecta. Aciem eo 169  
die, quo est pugnatum, qui fuit vigesimus nonus dies mensis Augusti divo Ioanni 170  
Baptistae decollato sacer, ex sententia eorum, quos paulo ante nominavimus, ita 171  
10 extruere placuit, ut, quanto latius extendi posset, extenderetur, in quo illud est potissimum spectatum, ne ab hoste circumveniremur. Deinde divisus est universus 172  
exercitus in duo agmina. In primo agmine duces belli erant nullo certo loco, sed ubi 173  
res postulasset, dextrum eius cornu banus Croatiae cum Ioanne Tahy, sinistrum, 174  
quod wayvoda Transsylvaniae, si adesse potuisset, designatum fuerat, Petrus 175  
15 Pereni curabat. Erant in hoc priori agmine plures ex primoribus, in quibus Antonius Palochy, Franciscus Homonnay, Gabriel Pereni, Thomas Zechy, 176  
Andreas Bathory, Emericus Czibak et plures alii. Tormenta bellica statim post 177  
principia posita erant. Secundum agmen sive illa acies, quam nos statariam appellamus, in qua rex erat, ex equite magis constabat, paucos admodum pedites e 178  
20 lateribus habebat. Inter hanc aciem et primam non intercedebat nisi spatium lapidis iactus. In eo agmine ante eum ordinem, in quo rex erat, triplex erat ordo magna ex 179

1 pacto A facto / T dicebat

2 quod—timendum S uncis inclusa / magnopere A magno / S timendum erat / AJC Approbabant / J stuendae

3 A Radisk C Radich S Radisch / JT Boszicz CS Bosich / et C del. litteras 2 / A Bakycz C Bakich S Bakith / C legitimis

4 JT Solimano C Solimanno

5 pedibus JT om. / demandataque C add. est / cura A add. lacunam / A Gnoynsky J Gnoienski T Gnoiensko C Gnoynski S Gnoinskii

6 quam A quia / et C om.

7 haec quoque T et hec / S sicut JT add. et

8 TC XXVIII S XXIX / nonus dies mensis J octavus / mensis T om. / S Augusti mensis / S divi

8—9 qui—sacer S uncis inclusa

9 T Baptista / A decolato / C sentencia / A ante paulo

10 C extruere / placuit A manu Pécs add. in marg. Hoc quoque consilium saluberrimum erat, namque idem caesar Carolus V. iam dissipato hostium exercitu, posteaquam ex hybernis Ulma, Francordio etc. suum exercitum contra Fredericum Saxonem electorem eduxisset et ad Milpergum Misniae ventum esset Saxonemque pugnare detrectare animadvertisset, equitatu omni tra Albin vado traducto hostem, ut sibi pugnandi copiam faceret, quam potest maxima celeritate insequitur peditatu omni postremum relicto. Saxo, cum caesarem cum exercitu equestri non procul abesse vidisset, in nulla alia re nisi in pugna spem salutis sitam esse animadvertisset, acie instructa caesarem expectat et, quia caesar numero imparem sese esse sciebat, iubet Albano aciem instructam quam potest latissime extendere ut et exercitus appareat numerosior et ne ab hostibus circumveniri caesareani opponantur. / A quando / JC lacius

10—11 AC potissimum est

11 A circum muniremur

12 T postularet A add. futuri / cornu A om. / AJC Croacie / JT Tahy C Thahy S Thahii / C synistrum

14 JT voievodas S vayvoda / A Transylvano J Transilvano T Transilvanie C Transsilvano

15 A Perényi J Perinni T Pernni C Perýnni S Perennii

16 AC Anthonius / A Palochy JT Paloczi C Palocý S Paloczii / AJ Homonnaý T Homonay S Hommonai / A Periený J Perinni T Perinii C Perýnni S Perennii / JT Zeczi C Zechy S Zechii

17 A Bathorý JT Bathori S Bathorii / A Czybak J Cibak

19 J appellamus / S equitatu

20 JCS spacium

parte ex cubiculariis regiis et baronibus conflatus, quorum dux erat Nicolaus Tharczay vir et manu promptus et singulari in regem fide, ibidem erat uterque aulae regiae praefectus, Petrus Korlatkeöy et Andreas Trepka Polonus, erat et Stephanus Slyk Bohemus cum aliis Bohemis et Moravis, et hi ante regem regi proximi erant.  
5 Tres illos ordines subsequebatur ordo regius et in eius ordinis medio rex ipse, nempe 178

Ingenio, specie virtuteque numinis instar,  
Spes patriae regumque decus, si fata tulissent.

Ad regis dexteram erant antistites Strigoniensis et Zagrabiensis, nam Agriensis 179  
adhuc ex Batha Budam fuerat missus, post Zagrabiensem, Varadiensem Quin-  
10 queecclesiensis, Sirmiensis, duo enim ex praelatis, Iauriensis et Vaciensis ad laevam  
positi erant, post cancellarium Nitriensis, Boznensis, praepositus Albensis et post  
hunc secretarii ac cubicularii regii. In parte sinistra penes regem locus erat relictus 180  
comiti palatino, qui licet aeger pedibus et vix equo insidens tamen modo in primo  
modo in secundo agmine diligentissime versabatur. In laeva igitur parte, cum 181  
15 palatinus a loco suo abesset, erant penes regem aliquot barones et illi duo, quos  
diximus, antistites, regi a tergo adhaerebant Czetricz, Maylath et Horvath stabuli  
regii magister. Post proceres simili modo erant hi, quos quisque sibi magis fidos et 182  
strenuos pro tutela corporis sui delegerat, his erat coniunctus post regem ac  
proceres equitum cataphractorum pulcherrimus globus mille vel paulo amplius  
20 cataphractos continens, nam alii huius generis equites per primum agmen sparsi  
erant. In medio huius globi erat vexillum regis, quod Ioannes Draghfly iudex curiae, 183  
quae tertia est inter seculares a rege dignitas, sustinebat. Hanc statariam aciem 184  
cingebant undique equites levis armaturae et pedites quoque a lateribus, quod  
superius diximus. In latere eius dextro post antistites et secretarios erant illi tres, 185

1 et baronibus A om.

2 AJC Tharczay

3 JC Corlaczki T Karlaczki S Corlatkei / C Stephanus

4 JT Schlik C Slyk S Sliik / S Boemus / S Boemis / AC hii

5 nempe JTC om.

5—7 medio—tulissent A rex ipse medio conspicuo sublimis equo et fulgentibus armis os  
humerosque dii similis

7 Spes T Sed

8 CS dextram / TS antistes / et A om.

9 T Bata / A Waradiensem JT Varadiensis

9—10 S Quinquecclesiensem

10 A Syrmensis S Sirmiensem / AJ levam

11 AC Nitriensis / J Bossnensis TCS Bosnensis

12 S regis

13 palatino Jf add. regni

14 AJ leva

15 J suo loco

16 A adhærebat / J Cetrzzic / AC Maýlath J Mailath T Mailat S Maiilath / T Horwat CS Horwath

17 J regi / AC hii

18 C strenuos T add. habuit et / ac S et

19 AJ cathaphractorum C cathafractorum / C pulcerimus / S 1000

20 J cathaphractos / J agnen

21 J Dragffii TS Dragffii C Dragfi

22 C tercia

23 J cingebat

24 eius C add. per per / T dextero

quibus tutelam regii corporis commissam fuisse diximus. Locus, ubi acies fuit 186  
instructa, recesserat a Mohachio millario uno, a Danubio praeterfluente millario  
medio. Erat, quod et superius dictum est, in eo loco ingens et lata planicies nullis 187  
neque sylvis neque virgultis neque aquis neque collibus impedita, nisi quod ad  
5 laevam inter eum locum ac Danubium erat aqua palustris et limosa, crebra  
arundine plena, ubi postea multi mortales perierunt. Contra nos collis erat in 188  
longum protensus in theatri quodammodo formam, ultra quem caesar Turcarum  
castra habebat, in collis imo descensu pagus modicus cum templo, Földwar ei pago  
est nomen, ibi fuerunt positae machinae hostiles. Eum locum oculis nos postea circa 189  
10 exterritum certaminis tempus conspeximus hostibus fuisse oppletum, maxime  
ianiczaris, quos vocant, qui, quicquid erat ultra illius pagi casulas, omnia longo  
ordine occupabant, inter quos fuisse caesarem postea fuit cognitum. Tormenta ita 190  
erant ibi posita quasi in quadam valle, propter quod nostris longe minus, quam si in  
15 plano fuissent, nocere potuerunt, et plus terroris quam damni intulerunt. Acie in 191  
hoc, quem diximus, loco, eo, quem diximus, modo et die paulo post solis exortum  
instructa (erat autem dies clara et multum serena) palatinus regem ex eo loco, quem  
ei designatum fuisse diximus, eductum, quod et triduo ante fecerat, per universum  
exercitum circumducit, ibi eum praesentem, de quo aliqui dubitaverant, omnibus  
manu ostentans paratum dicebat omnia extrema et mortem etiam subire pro patria,  
20 pro sacra Christi Dei optimi maximi religione, pro coniugibus et liberis eorum.  
Agerent itaque ipsi quoque viri fortissimi, Hungaros se esse meminissent et eos, qui  
et ipsi saepe et eorum olim maiores incliti illi heroes et fortissimi Christianae rei  
publicae propugnatores tot clara trophya ex eodem illo, cum quo pugnaturi essent,  
hoste retulissent; nec esse quod hostium multitudine terrentur, non enim in  
25 multitudine sed in robore militum sitam esse victoriam; Deum etiam ipsum ex alto  
pro sua sancta religione pugnaturis affuturum, in manu ipsorum positam esse

2 J Mohacio T Mohacz C Mochacio S Mohaczio / ATC miliario S miliari / AJ Danubii / ATS  
miliario C miliari

3 T planities

4 JTC silvis

5 AJ levam / ac S et / J pallustris

7 C teatri / T forma

8 J Feldvar TC Feldwar S Feuldwar

8—9 Földwar—nomen AJ *uncis inclusa* / ei—nomen A cuius nomen esse nuncupatur

9 fuerunt positae C posite erant

10 J obpletum C completum

11 A ianiczeris J ianiczaris T ianczaris / J quidquid / ultra J om.

12 ita A ista

12—13 ita erant ibi J ibi erant ita

15 eo A eum / quem diximus T om. / C ortum

16 erat C *ins. supra* / erat—serena T *uncos om.*

18 J circunducit / eum T enim

19 C eciam

20 Dei optimi maximi T om.

21 T viri quoque / T Ungaros

22 olim A om. / JCS incliti / J haeroes / C a. corr. fortissim

23 A trophya

24 A hosti / quod JT cur / S deterreantur / enim in C enim

25 C eciam

26 A religione / T adsuturum

dicebat non patriae solum, quam hostis occupare venisset, sed totius Christianae rei publicae salutem. Haec et alia cum palatinus et simul etiam rex omnibus 193 ordinibus obequitatis commemorassent, rex locum et ordinem suum repetivit.

Consumpsimus postea maiorem diei partem in hoste expectando, qui se haud ita 194 multis, qui levia cum nostris certamina ac belli praeludia exercebant, praemissis adhuc post colles illos continebat, dubium, nostrosne ut ad illas locorum angustias pertraheret, an ut pugna in sequentem diem dilata nos ea nocte in castris ex improviso aggressus opprimeret, quod pro ea militum et tormentorum copia, qua 195 abundabat, non erat ei difficile factu, an ut potius nos longa praelii expectatione fatigaret. Quicquid in hoc hostis fuerit sequutus, nam mihi de hoc nihil est 195 comperium, tenuit certe nos tota fere illa die suspensos. Sic suspensis et 196 expectantibus apparuit iam sole in vesperam inclinante agmen hostium per vallem, 197 quae nobis ad dextram subiecta collibus erat, tacite incedens sola hastarum summitate illud prodente. Monachus igitur ratus, id quod erat, illos vel ad castra 198 nostra diripienda, vel, ut nos circumveniret, tendere, de prima acie ad regem advolans iubet Casparum Raskay cum duobus aliis, quos ad custodiam regii corporis deputatos fuisse diximus, ire exploratum, quidnam illi molirentur, et ut eos, si possent, ab incepto itinere avertant. Ille non immemor, quid ei antea fuerat 198 de regis custodia mandatum, recusata, quantum honeste poterat, ea provincia, 20 demuin cum et monachum instare videret et regem monachi imperio non contradicere, ne, quod non sine magna causa faciebat, id ei in ignaviam vel timiditatem verteretur, subdit equo calcaria et illuc, quo mittebatur, cum sociis et tota equitum qui ei parebant, cohorte festinat ea etiam spe, quod non videbatur ullo modo dubitandum, eum ad tempus, quo regi eius opera esset necessaria, inde facile reverti posse. His eo, quo diximus, profectis adhuc incertum erat utrum hostis 199

1 dicebat T victoriam / A potius C tocius

1-2 J rei publicae Christianae

2 talia JT ciusmodi / C eciam

3 J repeccit T repetit

4 C Consumpsimus / S expectando hoste / S ita haud

6 A ipsos S illis / C continebat / illas A alias / T augustias

7 S pertraherent / S delata

8 T imsproviso / JS aggressos C aggressus

9 S abundat / C difficile / an AS vel A add. etiam / an ut C vel / ut JT om. / potius A om. C pocius ut / nos JT om. / C expectacione

10 JC Quidquid / S fuerat / JS secutus / nam S non / C nichil S om.

10---11 nam---compertum A uncis inclusa

11 tenuit C om. / T toto / S dies / et JT ac

12 A inclynante / J agnen

13 quae C a. corr. quel / A dexteram

14 C sumitate / C prodente / vel C om.

15 ad regem A om.

16 AC Casparem JT Gasparum / AJC Raskay T Raskai S Rasskay

18 C advertant

19 S potuit / ea S om.

20 non A om.

21 causa A add. non / ei S om.

22 timiditatem TS add. ei / S nitebatur

23 AJCS eis / J cohortac / S festinabat / ea etiam spc J om. / C eciam

23---24 quod---dubitandum S uncis inclusa

24 eum A om. S illum

25 A Hiis S At his / J praefectis

facturus esset eo die pugnandi potestatem, et erat post meridiem hora fere tertia.  
Nec deerant ex primoribus, qui tam longam expectationem pertaes signa receptui  
canenda et in castra redeundum censerent. Quod cum monachus sensisset, repente  
ad regem advolat, pugnam nullo modo differendam esse monet, minus esse periculi  
5 nunc cum parte copiarum hostilium quam in posterum diem cum toto exercitu  
congreedi, non esse de victoria dubitandum. Ad quam vocem rex statim signa canere  
iubet, et simul cum tubarum clangore et tympanorum sonitu exoritur clamor vel  
cantus potius nostrorum Iesu salvatoris nomen de more invocantium. Et eodem  
tempore vidimus ingentem copiarum hostilium vim de colle illo, qui nobis  
10 oppositus erat, sese sensim demittentium, ubi caesar etiam Turcarum erat. Tum  
demum regis capiti galea est imposta, quo tempore magnus in eius ore pallor  
apparuit quasi futuri mali praescius. Signo belli dato viriliter cum hoste concurrere  
huius, qui in prima acie erant, bombardae quoque nostrae omnes fuerunt emissae  
parvo tamen hostium damno. Fit certamen multo acrius quam pro numero  
15 nostrorum; plures ex hostibus quam ex nostris cadunt, donec nostris fortissime  
pugnantibus hostis cedere coepit sive nostrorum impressione coactus, sive ut nos ad  
tormentorum loca pertraheret. Et repente advolat ad regem Andreas Bathory  
hostes terga dare, victoram esse nostram, promovendum esse gradum et nostros  
hostem fugientem persequentes adiuvandos. Properamus igitur per aqua et iniqua,  
20 verum ubi ad eum locum ventum est, in quo paulo ante fuerat certatum, ibi vero  
multa nostrorum, plura hostium cadavera per campos iacentia vidisses et quosdam  
semivivos et adhuc spirantes. Interim nostris hosti instantibus et fortiter cum eo  
pugnantibus agmine regio eodem, quantum a cataphracto milite properari poterat,  
properante inclinare cornu dextrum coepit, et plerique ex eo cornu fugam capessere  
25 tormentis, credo, quae hostis tunc primum iaculari cooperat, exterriti, quae res et

1 et T *om.* / C *tercia*

2 T *longa* / T *expectatione* C *expectacionem* / AJT *pertesi* C *pertessi*

3 A *a. corr.* censisset p. *corr.* censisset

4—5 T *nunc periculi*

5 A *a. corr.* C *imposterum*

6 J *statem*

7 J *timpanorum* T *tympanarum*

8 C *pocius* / C *saluaris* / S *invocantium de more* / C *invocancium*

10 AC *demittencium* / C *eciam* J *om.* / S *Turcarum etiam*

11 A *est galea*

13 JT ii CS hi / A *fuerant* / S *emissae fuerunt*

14 numero S *add.* militum

15 hostibus J *istis*

16 A *caepit* J *cepit* / coactus S *eo actus* / nos T *nostros*

17 J *termentorum* / A *Bathory* JT *Bathor* C *Bathori* S *Batorii*

19 fugientem T *om.* / J *prosequentis* / J *aduiuandos* / iniqua A *in marg. manu Pécsi Simili modo*  
factum apud Keresztes, cum Maximilianus archidux contra Mehemetum Turcarum imperatorem anno  
Domini 1596 pugnasset, poste aquam nostri feliciter contra hostem pugnassent et ex nonnullorum suas,  
postquam hostium agmen terga dare visum est, nostri per eam paludem, quae inter nostra et hostium  
castra interiacebat, absque ordine, qua cuique visum erat, hostem insequendo transiissent, impetu  
ianiczarorum in nostros castra Turcica diripientes facto terga dare coacti pars misere caesi ea ipsa nocte  
totus noster exercitus, qua cuique tutum erat, castris excedit. / vero T *om.*

21 T *nostrorum multa* / C *iacencia*

23 AJC *cathaphracto* / A *properare*

24 JS *inclinari* / A *caepit* J *cepit*

25 credo S *uncis inclusum* / C *prinum* / A *caeperat* J *ceperat*

globorum iam nostris etiam, qui penes regem eramus, capitibus supervolantium  
crebri ictus non parum terroris omnibus incusserunt. Et eo ipso tempore rex in 210  
ordine nostro non comparuit, sive priores illos ordines, quos ante ipsum fuisse  
diximus, progressus (quod antea ita erat statutum, ne rex eodem in loco staret), sive  
5 sublatus ex acie ab hiis, quos ei post tergum fuisse diximus, nam utrumque fieri  
potuit. Nec desunt, qui dicunt eum priores sui agminis ordines transgressum usque 211  
ad principia processisse atque ibi viriliter cum hoste pugnasse, quod ego neque  
affirmare ausim neque aperte inficiari. Illud mihi certo constat eum tunc a nostro 212  
ordine et a suo loco absuisse, quando tormenta hostilia tonare coeperunt, et quando  
10 ex cornu dextro fuga fieri coepit. Secundum ex eodem ordine pene eodem tempore, 213  
quo regem, sensimus absuisse archiepiscopum Strigoniensem et nonnullos alios regi  
propinquos. Ego regis amissi culpam neque in eos ausim conferre, qui ei custodes  
fuerunt adhibiti, neque in eos, qui eum fortasse intempestive ex acie subduxerunt,  
sed infelici cuidam nostro fato, ut rege etiam amissio non solum pateremur ea, quae 214  
15 ab externo hoste passi sumus, sed domesticis etiam dissidiis ac factionibus ob alium  
regem in locum demortui substituendum agitaremur nostris flagitiis his etiam  
graviora merentibus. Illos enim utrosque scimus regi fidissimos fuisse et regiae 215  
salutis studiosissimos. Nam quod ad tres illos attinet ad custodiam regii corporis 216  
deputatos, constat eos ab hoste, ad quem reprimendum missi fuerant, non prius  
20 redire potuisse, quam fuerit tota acies nostra in fugam conversa, capto etiam uno ex  
eis et eodem in loco liberato. Quo molestiore animo ferendum censeo, quod ausus 217  
sit quidam oratione etiam de hoc publicata, si oratio illa vocari debet, nostros sui  
regis desertores falso vocare. An deseruisse regem sint censendi, qui omnia illi  
25 officia bonorum ac fidelissimorum subditorum praebuerunt, qui omnes fere in  
eodem, in quo rex iacuit, campo iacuerunt testati morte etiam, quam fidi suo regi,  
quam amantes patriae fuerunt? Sed idem ille egregius historiarum scriptor, qui haec 218

1 C eciam / C supervolancium

2 S iactus

3 ipsum JT eum

3—4 S diximus fuisse

4 T progressus / quod—staret T uncos om. / C ante / S in eodem

5 ex C in ras. e / JCS his T iis / C a. corr. fierit

6 AJTC dicant

7 ibi S illic

8 C afirmare

9 A sui / C hostia / A ceperunt

10 AJ caepit / J temore

11 et J om.

12 C amisi / ei J et

12—13 qui—adhibiti A ins. in marg.

14 A infeli / C eciam

15 C extermo suprascr. erno / A domesticis / C eciam / ac S et

16 AC flagiciis / A hiis / C eciam

17 JT promerentibus

18 T saluti

19 eos T om.

20 C eciam / A uno etiam

22 C eciam S om. / hoc T eo / C publica / si—debet S uncis inclusa

23 A desertores regis / AJT sunt / J illa

25 T iacuere / C eciam J om.

26 JTS fuerint / J aegregius

scribit, et qui tot convicia in gentem nostram ingerit, huius etiam cladis historiam  
 ita scripsit, ut me pudeat eum ita impudenter rem sibi ignotam in vulgus prodere  
 fuisse ausum. Sed nos ad institutum redeamus. Regis exercitu per ea, quae diximus,  
<sup>220 221</sup>  
 vehementer turbato et ad fugam spectante diu tamen etiam postea est pugnatum  
 5 iam non in laciore illa planicie sed ante ipsa tormenta, quae nobis adeo erant  
 propinqua ut non fuerint a nobis decem passibus remota, donec non solum terrore  
 sed et fumo tormentorum omnia replente ac visum etiam prohibente coacta fuit  
 magna exercitus pars in vallem, quae aquis illis palustribus iuncta erat, descendere  
 reliquis adhuc ante tormenta viriliter pugnantibus. Ceterum cum hii quoque, qui se  
<sup>222</sup>  
 10 in vallem receperant, rursus in pugnam restaurandam rediissent, neque iam ulterius  
 vis tormentorum et fumi sustineri posse ullo modo videretur, magna exercitus parte  
 in fugam dilapsa ipsi etiam sunt fugere coacti. Fugam igitur ad unum omnes, qua  
<sup>223</sup>  
 cuique proximum erat, capessunt ac per ea potissimum loca, per quae paulo ante  
 ovantes et spe victoriae pleni veneramus, et per castrorum loca, quae fuerant antea  
 15 ita per hostes direpta ac disiecta, ut vestigia tantum eorum superessent, et plena  
 essent omnia eorum, qui in castris remanserant, cadaveribus. Hostes visa  
<sup>224</sup>  
 nostrorum fuga vel fraudem subesse rati vel pugna fatigati diu se intra aciem suam  
 continuerunt, et nisi tenebris noctis insequentis sese intendentibus nequaquam  
 nostros sunt insequeuti. Quae res et quod nox paulo post cum imbribus effusissimis  
<sup>225</sup>  
 20 est subsequuta, multis mortalibus saluti fuit. Duravit iustum certamen per unam  
 fere et medium horam. Sunt non pauci et illa palustri voragine absumpti, nam regis  
<sup>226</sup>  
 corpus, quem et ipsum ibi periisse nonnulli dicebant, fuit postea repertum in hiatu  
 quodam terrae praerupto supra Mohachium milliaro medio sub pago, quem  
 Chiele vocamus, qui locus tunc Danubii inundatione aquam solito maiorem  
 25 habebat, ibi simul cum equo ita, ut erat, armatus ab aquis fuit suffocatus, quo in  
 loco plures etiam alii perierunt, atque ab eo loco non procul repertum est corpus  
 Andreea Trepka et Stephani Aczel. Monachus in prima acie fertur cecidisse fortiter  
<sup>227</sup>  
 pugnans, eius caput a truncu abscissum postero die per castra hostium loco  
<sup>228</sup>

1 A scripsit / C eciam

2 A vulgus

3 nos T om.

4 T perturbato / C eciam

5 in A om. C est / AC laciore / T planicie / T illa

7 C eciam

9 AJS Caeterum / JCS hi T ii

10 vallem C add. converterant / S instaurandam / C redissent

12 C eciam / JT fugere sunt

13 ac A om.

14 A a. corr. onantes / et T om. / A fuerunt

15 ac S et / JT eorum tantum

16 A Hostis

18 A continuerant

19 A sunt nostros / J insecuri C insequeuti / quod A quae

20 T subsecuta C subsequita / S certamen iustum

21 S suntque / et C add. in / AC pallustri

23 A quoddam / C a. corr. prerupti / J Mohacium T Mohacz S Mohaczium / ATCS miliario

24 A Chyele JT Cziele C Chele S Czelie / C inundacione

25 ab aquis T om.

26 C eciam

27 C Trepca / C Stephani / J Accell T Acell C Acel S Azel

28 a C om. / truncu A Turca / AC abscisum

triumpshi fuit circumlatum longae hastae affixum quod postea ante tabernaculum  
caesaris stetisse aiunt. Eo die, qui pugnam est insequutus, mille et quingenti ex his,  
qui capti fuerant, et inter hos magna primorum nobilium pars in coronam positi  
coram exercitu victore capite sunt truncati caesare sanguinem illorum diis suis  
libante, pauci ex captivis servati, ut essent, a quibus possent caesar et Hymbraim  
bassa ea, quae opus erant, sciscitari. Inter hos Nicolaus cognomine Herczegh, quod  
lingua nostra ducem significat, dux re vera et thesaurarius regius existimatus, item  
Ioannes Prylezky et Ioannes Maczeyowzky Poloni omnes cubiculi regii ministri, a  
quibus postea ad reginam reversis multa cognovimus, quae brevitas historica  
10 commemorare nunc non permittit. Servatus fuit et Michael Fekethe ac Bartholomeus  
Maytiny, qui postea magno aere fuerunt inde redempti. Perierunt in eo  
praelio et in fuga praeter regem ex antistitibus Ladislaus Zalkanus archiepiscopus  
Strigoniensis, Paulus Thomory Colocensis dux belli, Franciscus de Peren  
Varadiensis, Philippus More Quinqueecclesiensis, Blasius Paxy Iauriensis, Franciscus  
15 Chaholy Chanadiensis, Georgius de Palyna Boznensis episcopi, ex baronibus  
Georgius de Zapolia comes Scepusiensis alter belli dux, Ioannes Dragffy iudex  
curiae, Franciscus Orzag cubiculariorum, Petrus Korlatkeöy et Andreas Trepka  
ianitorum, Simon Horvath pincernarum regalium magistri, Thomas Zechy,  
Gabriel Pereni, Ambrosius Zarkan, Antonius Palochy, Mathias Zetchiny, comes de  
20 Frangepanibus, Sigismundus Banffy, Franciscus Hampo, Ioannes de Bathyan,  
Stephanus Slyk Bohemus et nonnulli alii Bohemi et Moravi; ex nobilioribus et  
potioribus regni Franciscus Balassa, Nicolaus Tharczay, Ioannes Paxy, Ioannes

1 A circulatum J circumdatum / A a. corr. longe / A a. corr. hasti T haste

2 qui C quo / J insecurus C insecurus / T iis

3 qui S om. / J suerant / A corr. in coronare T corona

4 AS victoriae / AJ sanguine

4—5 S libante diis suis

5 AJTC posset S om. / A Hymbraim S Hibraim

6 erant S add. possent / J Herczik T Herczigg C Herczek S Hertzek

7 C thezaurarius

8 A Prylezky JT Pilecki C Pilecki S Pileczkii / A Maczejowzky J Macieowski T Macieowski C  
Maczowski S Macziejowski / C a. corr. cubili / A regius

10 permitti JT sinut / et C om. / JT Fekete / ac C et ac S et

11 A Maýtiný JC Maýtini T Maytini S Maytinii / magno J add. inde / fuerunt JT om. / inde J om. /  
redempti JT add. sunt

12 TC antistibus / C Zalcanus

13 JCS Thomori T Tomori / C Collocensis / A Perýn T Pereni

14 A Waradiensis / S Quinqueecclesiensis / AC Paxý JT Paxi S Paxii

15 AC Chaholý J Czaholi T Czoholi S Gzacholii / A Csanadiensis JT Canadiensis / JC Palýna T  
Palina S Paliina / J Bossnensis T Bosnensis / S episcopus

16 JT Zapola C Zapolja / J Dragffy T Dragffy C Dragffy S Dragffii

17 curiae JTC add. regiae / T Orzagk S Orzag / A Korlatkeöy J Corlaczki T Charlaczki C Corlathki S  
Corlathy

18 T Horwat CS Horwath / JT regiorum / JT Zeczi C Zechy S Zechii

19 A Periený JS Perinni T Perini C Perýnni / J Sarcan / AC Anthonius / JTC Paloczi S Paloczii / C  
Mathýas S Matthias / A Zelchiný JCS Czethini T Czetini

20 A Banffy JC Bansý T Banfi S Banffii / A Botthyan J Bathian TS Batian C Bathyan

21 C Sthephanus / JT Szlik C Slýk / Moravi C in corr. / A nobilibus / et A om.

22 C pocioribus / regni A om. / S Balaszy / A Tarczaý J Tharczay T Tharczai S Tharzay / A Paxý J  
Pakzsi T Paxi C Pakṣy

- Istwanffy, Emericus Warday, Michael Podmaniczky, Gregorius Orlowchich  
 capitaneus Segniensis. Stephanus Aczel castellanus Posoniensis, Sigismundus  
 Pogan, Ioannes Tornaly, Ioannes et Stephanus Kalnay, Nicolaus Forgach; praeter  
 hos nobiles potiores usque ad quingentos, equitum praeterea tria vel quatuor millia.
- 5 Pedites paucissimi evaserunt, fuerunt autem usque ad duodecim vel tredecim millia 233  
 peditum, ex quorum ducibus vix evasit quisquam alias praeter Hannibalem  
 Cyprium. Tormenta bellica omnia et illa, quae in acie fuerunt, et ea, quae partim in  
 castris partim in navibus remanserant, hostis habuit. Horum cura demandata  
 fuerat sed sero et non nisi eadem illa nocte, quae pugnam praecessit, comiti Ioanni  
 10 Hardegh viro strenuo et industrio et qui circa regem ab initio fuerat diligentissime  
 versatus, regi inter paucos charus.
- Nocte et die, quae pugnam insequuta est, hostes in omnes partes propinquas 236  
 cursu effusi obvia quaque vastaverunt et combusserunt nulli mortalium parcentes,  
 non sexui, non aetati, non religioni, omnia foeda et crudelia in miseram gentem  
 15 exercentes. Neque est mearum virium cladem illius noctis et sequentium dierum 237  
 deplorare, quae tanta fuit per omnem illam Hungariae citeroris partem, ut non  
 possim mihi persuadere ab ullo unquam hoste crudelius esse saevitum. Illud inter 238  
 alia contigit nunquam fortasse antea auditum ut infantuli vivi, ne vagitu  
 proderentur, fuerint ab infelicissimis matribus in terram defossi, ibidem aere terra  
 20 inclusi matribus inde ausfugientibus misere suffocati. Processit hostis usque ad 239  
 Balathum lacum Quinqueecclesiensi civitate insigni combusta, cuius tamen arx et  
 nobilissimum templum, quod in arce est, remansit intactum. Dum haec agerentur,  
 iam wayvoda circa Zegedinum erat cum copiis Transsylvaniae, quae cum ita cito 240  
 subsequi non possent, ipse consensis levibus rhedis cum paucis ad regem  
 25 properabat ut vel solus praelio, quod intellexerat minime dilatum iri, interesset.

1 J Isthwanski T Istwanfi C Istwanfi S Istwanffii / A Warday JC Vardaÿ T Vardai / Michael  
 Podmaniczky A om. / JTC Podmaniczki S Podmaniczkii / S Georgius / A Orlowchich JT Orlowczik S  
 Orlowchicz.

2 A Simigiensis S Seginensis / Stephanus Aczel castellanus Posoniensis C om. / JT Acell S Azel

3 A Tornaly J Thornali T Tornali C Thornalÿ / C Stephanus / AC Kalnay J Calnay T Calnai / JTC

Forgacz.

4 C potiores / usque JT om. / AJTC quingenti / equitum S quin tum / S praeter / A quattuor / TS  
 milia

5 S peditum / TS milia

6 ducibus A add. alias / alias A om. / JT Annibalem

7 JC Ciprium S Cyprimum A ipsum / illa A alia / fuerunt JC om.

8 S remanserunt / CS habuit hostis

9 J illa eadem / J noctae

10 J Hardekg T Hardegg C Hardegg S Hardek / C strennuo / C inicio

12 J insecura C insequa

13 J offusi C efusi / J quaque / JT vastarunt / J parcens

14 A facda

15 mearum J nostrarum / C sequencium

16 T Ungarie

17 unquam A add. neque a Turca neque ab / J sevitum

18 A antea fortasse / ut S quod

19 S fuerunt / A infelicissimis

20 J affugientibus / ad J om.

21 AJTC Balatum S Balatorem / AJC Quinqueecclesiis T Quinqueecclesia S Quinqueecclesiensi / J  
 conibusta

23 J voievoda Transilvanus T voievoda Transilvanie C vaÿvoda S vayvoda / JT Segedinum C  
 Zagedinum / erat A om. / A Transylvanis JT Transilvanis C Transsilvanis

Comes Christophorus Zagrabiam pervenerat, Bohemorum aliqua pars eorum, qui 241  
in auxilium regi veniebant, partim non longe ab Alba Regali partim circa Iaurinum  
erat, et circa eadem loca Georgius marchio Brandenburgensis et cancellarius  
Bohemiae Adam de Nova Domo. Regina hac clade audita cum episcopo 242  
5 Vesprimensi et Alexio Thurzone et oratore pontificio incerta adhuc de regis interitu  
trepide Posonium confugit rerum suarum magna parte per Danubium subvecta, in  
quibus et in his, quae civium Budensium erant, licet Andreas Orbonasz, qui arcii  
Strigonensi praeverat, nonnulla damna fecerit, tamen in huius rei commemoratione  
longe a veritate recessit ille, qui militibus nostris levis armatura, quos vero nomine  
10 huzarones appellat, eam culpam impingit, quod puellas reginales dishonestius  
habuerint et in earum soleis per ludibrium saltaverint. Caesar paucis diebus circa ea 243  
loca, ubi praelium fuit, commoratus omnibus deinde, quos praedatum dimiserat,  
ad se revocatis inde Budam versus movit, ad quam sextis aut septimis castris ripam  
Danubii legens cum pervenisset oppidis et villis obviis omnibus exustis, eam sine  
15 omni praesidio relictam reperit et combussit arce sola cum stabulo regio ac vivario  
ferarum servata. Inde dimissis in omnes Hungariae citerioris partes praedatoribus, 244  
quicquid inter Danubium et lacum Balatum iacet usque ad Iaurinum, omnia ferro  
et flamma vastavit. Strigonii tamen arx per eum, quem superius nominavimus, 245  
Andream Orbanasz deserta per hominem humillimae sortis, et qui paulo ante  
20 peditum illius capituli ductor fuerat, Mathaeum cognomento Nagh, qui illuc cum  
paucis confugerat, arx vero Wissegradi coronae regiae conservatorium per rusticos  
et monachos fuerunt servatae. Tantus terror invaserat animos nostrorum auditio 246  
caesaris Budam adventu, quae quidem arcis et cum his Thata et Comarom atque  
etiam Alba Regalis propterea etiam ab hoste non fuerant captae, quod is, nescimus  
25 quo consilio, regnum vastare tantum contentus de arcium et locorum munitiorum  
expugnatione nihil habuit pensi. Nusquam est hosti sic in Hungariam saevienti 247

1 A Christophorus comes / S Boemorum

2 J logo / C Iaurinum

3 et C del. cir / C a. corr. Brandenburgensis S Brandenburgensis

4 S Boemiae / Adam—Domo A om.

5 A Wesprimensi T Vesprimensi S Vesprimensi / J Allexio / JC Turzone

6 J trepidae / C Pozonium / magna J add. ex

7 T iis / A Orbanacz JC Orbanaz T Orbanasz S Orbancz / JC arcis

8 J praeverat / C commemoratione

10 J huzarones T hussarones S hussariones / J apellat S appellant / S impingit culpam / C inpingit

11 T eorum

13 T versus Budam / quam C a. corr. aquam / castris T add. ad

14 A pervenissent

15 T solum / ac C et

16 servata S relicta / T citerioris Ungarie

17 JC quidquid / A locum / S Balatorem / iacet A del. iacet / C Iaurinum

18 T vastat

19 A Orbanacz J Orbanass C Orbanaz S Orbancz / A humillimae

20 S erat / S Matthaeum / T cognomine / T Nagk

21 JT Vissegradi C Vyssegradi S Wissegradii / T regis / et T ac

22 A fuerat / A servatum

23 T iis / AC Thatha J Tatha / JTC Comarum S Commarum

24 C eciam / C eciam / JCS fuerunt

25 A locorum et / A munitionum JC municiorum

26 C expugnacione / C nichili / A Nunquam / T Ungariam / J sevienti

magis repugnatum quam in loco, cui Maroth est nomen, non procul a Strigonio.  
Secessus est archiepiscopatus Strigoniensis non inamoenus inter eas sylvas, quas  
nos Wiertesias appellamus, sylvis et nemore undique cinctus. Huc se aliquot millia  
nostrorum receperant cum coniugibus et liberis locorum angustiis freti, cum his  
5 hosti fuit non semel acerrimum certamen magna hostium strage, postremo cum  
nullo modo castra nostrorum, quae curribus circumduxerant, expugnari ab hoste  
possent, coactus est hostis tormenta quoque bellica illuc adducere et ita demum et  
castra disiecta et omnes fere ad unum caesi fuerunt. Ingentes cadaverum cumuli, qui  
10 nunc quoque eo in loco visuntur, facile magnitudinem caedis declarant; fuere, ut hi,  
qui pauci inde effugerunt, referunt, usque ad viginti quinque millia nostrorum.  
Omnium vero ubique tam caesorum quam captorum numerum in unam summam  
colligendo affirmare ausim ex his, quae cognoscere potui, periisse hac clade prope  
ducenta hominum millia. Citeriore Hungaria in hunc, quem diximus, modum a  
Dravi ostio ad Iaurinum usque vexata terrore non modico etiam his, qui procul  
15 erant, ac Viennensibus quoque injecto, ponte super Danubio ad Pestum facto  
decimo quarto, quam Budam venerat, die caesar in ulteriorem Hungariam transiit,  
dimissus inde quoque ad omnes partes, quae inter Danubium et Tibiscum sunt,  
omnia similiter vastat et comburit, sicut in citeriore Hungaria fecerat, multitudinem  
omnem, quae Tibiscum non transierat, partim gladio interimit, partim in  
20 servitutem rapit. Ipse satis iam in miseram Hungariam debacchatus, domesticis,  
quae interim in Asia Minore (quam Natoliam vocant) exorta fuerant, dissidiis eum  
revocantibus, omnibus, quae intra Dravum et Danubium occupaverat, locis atque  
ipsa etiam arce et civitate Budensi sine ullo praesidio relictis, domum est reversus.

1 J Marotto TCS Marotho

2 C archiepūs S archiepiscopi / A inamenus / JTC silvas

3 A Wyertesias JT Viertesias C Wýrthesias / J apellamus / JTC silvis / TS milia

3—4 A aliquot nostrorum millia JT nostrorum aliquot millia C aliquot nostrorum milia

4 J receperunt / locorum S om. / C angustii

5 C acerimum / hostium C hoste non / C strages

6 J circunduxerant

7 hostis A om. / J tormenta / S illac / C abducere

8 T fuere

9 A in eo / fuere S add. autem / AC hii

10 T effugerant C seffugerunt / ad JT om. / T XXV milia C XXV milia S 25 000

11 C captivorum

11—13 Omnium—millia T uncis ilchusa

12 affirmare A a. corr. afferre / his, quae J hisque

13 S 200 000 / T milia / T Ungaria / J quen

14 JS hostio / C lawrinum / non C om. / C eciam / T iis

15 ac AS a / A Wiennensibus / A vincto J inceto / T Danubium / S Pestum

16 A quando S quum / S Hungariam ulteriorem / T Ungariam

17 JTC dimissis / JT ad omnes quoque / A Tybiscum C Thibiscum / sunt S add. qui

18 S vastarent / A combussit a. corr. comburit C comburrit S comburerent / A a. corr. citeriori / AT

Ungaria

19 A Tybiscum C Thibiscum / A transierant

20 T Ungariam / A a. corr. C debachatus J debahatus

21 quam Natoliam vocant JTC uncos om. / JCS Natholiam / S fuerunt / eum A eorum

22 omnibus A omnia

23 C eciam / reversus A add. Georgius Simigiensis a secretis reverendissimi domini Pauli Thomorj  
summam exercitus regii in vacuum relictis colonis et coccis et aurigis ex regesto superinde habito fuisse  
hominum millia 28 000.

248

249

250

251

252

253



Stephani Broderici  
iuris pontificii doctoris,  
praepositi Quinqueecclesiensis, secretarii,  
oratoris serenissimi domini Ludovici  
Hungariae et Bohemiae etc.  
regis ad sanctissimum dominum Adrianum VI.  
pontificem maximum  
oratio

EDIDIT  
CSABA CSAPODI



## PRAEFATIO EDITORIS

Haec oratio die quarta Septembris, anno MDXXII coram summo pontifice Hadriano VI. collegioque patrum cardinalium habita est a Broderico, cum eum rex Hungarorum Ludovicus II. legatum misisset, ut papae inter initia pontificatus gratularetur auxiliumque ab eo peteret contra Turcos, qui Belgrado expugnato Hungariam in discrimen adduxissent. Textum orationis adhuc non cognitum habuimus. Protonotarius apostolicus Lombardinus Burgius — frater Antonii Johannis Burgii, qui non multo post in Hungariam venit ibique nuntius pontificalis auctoritate validus usque ad annum MDXXVI versabatur — opusculum archiepiscopo Strigoniensi Georgio Szatmári dedicavit atque imprimendum curavit. Libello nec locus nec annus, quo editus est, neque nomen officinae typographicae inscriptum est, sed ex dedicatione manifestum est eum certe ineunte anno MDXXIII esse editum. Locus, ubi unicum exemplar hodie notum exstat: Bibliotheca Capituli Hispalensis (Sevilla, Biblioteca Capitolare Columbina) colligatum nr. 8—2—35. Taeniolam photographicam de eodem exemplari factam in Bibliotheca Academiae Scientiarum Hungaricae habemus: Mf 4665/III.

Textus magnum numerum abbreviationum usitatarum continet. Quod ad orthographiam attinet, parum sibi conveniens est (tres diversae formae diphthon-*gum ae* scribendi: *ae*, *e*, *ę*; litteras *u* et *v* sine ullo ordine variatae). Quamobrem huiusmodi inconsequentialias omittentes in libro edendo leges orthographicas, quae usu receptae sunt, secuti sumus. Secundum earundem legum praecepta litteras in etymologicas: falso geminatas, *h* superfluas aliasque errores scribendi (e.g. caetera — cetera, leticia — laetitia etc.) emendavimus.

Multa errata typographica libri manus eius temporis quaedam — probabiliter primi possessoris Ferdinandi Columbi (Fernando Colon) correxit. Quas correctiones a nostris emendationibus per notam *corr. A.* disiungimus.

In apparatu critico nullam mentionem eiusmodi errorum fecimus, quos hypothetam forte convertendo typos commisisse appetit (*u*—*n*: virtutes—virtutes, *iunumeras*—*innumerias*).

Csaba Csapodi



## [DEDICATIO]

Reverendissimo in Christo patri Domino Georgio archiepiscopo Strigoniensi,  
Regni Hungariae primati, legato nato ac supremo cancellario etc. Lombardinus  
Burgius iuris utriusque doctor, protonotarius apostolicus salutem plurimam dicit.  
5 Orationem, quam reverendus Stephanus Brodericus orator regius circiter <sup>2</sup>  
Kalendis Septembris coram Adriano VI. pontifice optimo maximo habuit, cum ab  
omnibus commendari et tam pontificis quam reverendorum patrum doctissimo  
testimonio approbari animadverterem, Praesul Reverendissime, essemque eius  
videndae percupidus, vix tandem aegre ab homine mihi alioquin amicissimo, ut  
10 mihi eius perlegendae copiam faceret, potui impetrare, verebatur fortasse iam tum  
id, quod postea accidit. Ubi igitur eam diligentius perlegi, ubi non solum verborum <sup>3</sup>  
elegantiam et sententiarum gravitatem sed etiam vim ac vehementiam orationis  
accuratius consideravi, non mediocriter (ita me Deus amet) sum mecum ipse  
indignatus, quod ea tamdiu latuerit in obscurō, neque a tot mensibus in lucem  
15 prodierit. Statui igitur hominem aggressus hortari primum ac monere, ut eam in <sup>4</sup>  
publicum daret, deinde ubi votis et monitis meis repugnantem video, obiurgare  
etiam liberius non destiti, ne se ipsum in primis magna laude ac demum alias  
voluptate utilitateque defraudaret, quid non utilius esse posset quam orationem pro  
omnium salute habitam, pericula omnibus imminentia complectentem ab omnibus  
20 legi? Ceterum cum neque sic quicquam proficerem, et ille ob modestiam, ut arbitror, <sup>5</sup>  
negando perseveraret, statui ego multis potius et certe optimis quibusque placere et  
rem gratam facere, quam unius hominis satis verecundi ac multo minus, quam par  
est, ingenii sui vires metentis qualicunque offensa moneri. Domum itaque reversus <sup>6</sup>  
accersito statim ad me calcographo orationem ipsam, illo et invito et nesciente,  
25 formis publicis excudendam, tuo potissimum, Antistes Maxime, amplissimo  
nomini dedicandam tradidi. Cui non ea Christianae defensionis rationem continens <sup>7</sup>  
magis debebatur quam Tibi, qui in re Christiana auctoritate, opibus, consilio  
iuvanda ita alios ecclesiarum antistites antecellis principesque Christianos aequas,  
ut in hoc genere laudis nondum alicui sis secundus. Sciebam praeterea fratrem <sup>8</sup>

21 statui *ed. statim, corr. A.*

23 moneri *ed. moberi, corr. A.*

25 potissimum *ed. potentissimum, corr. A.*

28 aequas *lectu difficile, corr. A.*

meum magnificum, Andream Burgium, nunc Caesareum istic apud inclitum  
Hungariae regem oratorem eo et amore ea observantia prosequi, ut nisi et ego  
fraterno monitus exemplo Tuam Amplitudinem omni prosequerer studio, officio ac  
servitute pro piaculo iudicarem. Idque quibuscunque rationibus licebit assidue <sup>9</sup>  
5 apud Te testabor ac semper in posterum declarabo. Accessit et illud, quod oratorem <sup>10</sup>  
ipsum insigni prudentia, eruditione et probitate virum tuum esse clientulum non  
ignorabam, tuumque alumnū in tua honoratissima et castigatissima aula ab  
ineunte adolescentia educatum, tuis sanctissimis praeceptis et institutis excultum  
atque expolitum. Tuum igitur iure optimo esse dicens quicquid in hanc sententiam, <sup>11</sup>  
10 quicquid a me, quicquid a Broderico nostro laude dignum profici sceretur, Tibi has  
eius studiorum quasi primicias pro huius novi anni strena ac munusculo offerendas  
tuo celebratissimo nomini dicandas existimavi. Tu, quae tua est humanitas, haec <sup>12</sup>  
quoque eadem, qua cetera soles, et animi et frontis hilaritate excipies. Atque ita <sup>13</sup>  
15 certo Tibi persuadebis inter tuas praeclaras, quibus totum Christianum orbem  
replesti, laudes et merita, hoc etiam non esse in postremo loco numerandum, quod  
ex tuis doctissimis simul et sanctissimis aditis ac penetralibus quasi, ut aiunt, ex  
equo Troiano tales viri prodeant, qui et Tibi, patrono ac Maecenati, immortalē  
gloriam et patriae praeter eximium decus, fructus quoque uberrimos et nunc  
afferant et maiores adhuc sint allaturi. Vale itaque, Pontifex Amplissime, et me <sup>14</sup>  
20 tuum clientulum in eorum ascribe numerum, quos Tuae Amplitudinis nosti esse  
obsequentissimos. Romae XXIII. Ianuarii MDXXIII.

<sup>13</sup> cetera *ed. caetere, corr. A.*

15

STEPHANI BRODERICI IURIS PONTIFICII DOCTORIS,  
PRAEPOSITI QUINQUEECCLESIENSIS,  
SECRETARI ET ORATORIS SERENISSIMI DOMINI  
LUDOVICI HUNGARIAE ET BOHEMIAE ETC. REGIS  
AD SANCTISSIMUM DOMINUM  
ADRIANUM VI. PONTIFICEM MAXIMUM  
ORATIO

Si ulli unquam mortalium ex maximo dolore et extrema animi consternatione 16  
ingens repente laetitia et spes amplissima est oborta, id profecto serenissimo  
10 principi meo, regi Hungariae contigit eo die, quo Te, Beatissime Pater, omnium  
suffragiis ad hanc sanctam sedem, cui divino munere praesides, electum ac  
renuntiatum esse audivit. Nam cum is ex immaturo atque inopinato Leonis X. 17  
pontificis maximi obitu, quem sibi inter ipsas tot periculorum et calamitatum  
procellas fato quodam acerbissimo erectum esse videbat, in maximum decidisset  
5 maerorem et desperationem, audita tua auspicatissima electione ita est subito  
recreatus, ita in spem maximam ac certissimam erectus, ut non iam amplius  
Taurinum amissam, non Transalpinam a corpore regni sui paullo ante abscissam,  
non alias innumeratas calamitates deplorare videretur, sed maxima et amplissima  
quaequa iam tunc animo concipere et sibi constantissime polliceri auderet, videbat  
20 ad hanc supramam orbis Christianni dignitatem vocatum esse virum cum omni  
sanctitate ac sapientia praeditum. Tum vero (id quod plurimum sua interesse 18  
arbitrabatur) Caesari suo coniunctissimum sperabat facile fore, ut et Caesar  
omnium, qui unquam fuerunt, Caesarum maximus et potentissimus et tu  
25 pontificum omnium sanctissimus atque integerrimus ceteros principes, si qui adhuc  
Christianum magis quam hostilem sanguinem sitire pergerent, auctoritate vestra ad  
optima quaequa et Christianae reipublicae salutaria agenda impelleretis, ita brevi  
immanes istas beluas et truculentissimas feras, quae tantum in Christianos  
auderent, non modo spiritus illos feroces posituras sed Te duce, tuis auspiciis in ius  
et potestatem nostram penitus concessuras. Quam quidem animi sui ingentem 19  
30 laetitiam atque incredibilem rei optime gerenda spem Tibi notam esse quamprimum  
desiderans me illis ipsis diebus ad Tuam Sanctitatem misit, ut Tibi nomine suo  
una cum hoc reverendo Francisco Marsupino, collega meo, simul et hanc tanti  
honoris amplitudinem gratularer, et res suas in summum discrimen adductas  
supplex commendarem. Gratulatur igitur Tibi, Beatissime Pater, Hungariae rex 20  
35 inclytus hanc Tuae Beatitudinis in hoc supremum humanae dignitatis fastigium  
assumptionem. Neque illo solito ac vulgari gratulandi more gratulatur, quo 21

1 doctoris *in ed. omissa et per A. suprascripta littera D.*

36 more gratulatur *ed. more gratulatur more, corr. A.*

solemus eorum sortem, quibus nova aliqua honoris ornamenta contigere, verbis magnificis attollere beatosque eos ac fortunatos praedicare. Quid enim minus <sup>22</sup> consentaneum quam dignitatem ecclesiasticam et eam potissimum, quae in Christiano orbe sit omnium maxima et suprema, ad labores profecto, ad curas, ad <sup>23</sup> vigilias et ad mille sollicitudines notam atque institutam hoc nomine cuiquam gratulari? Neque igitur ille Tibi gratulatur, quod tot pulcherrimarum et nobilissimarum urbium, tot amplissimarum provinciarum imperium sis assequutus, neque <sup>24</sup> quod ex privato episcopo summus omnium, quos orbis habet, episcoporum subito atque ex insperato evaseris. Neque quod reges et principes supplices ad pedes tuos <sup>25</sup> procumbant et adorent quadammodo vestigia pedum tuorum. Quamquam haec quoque ipsa summa omnium, quae homini contingere possunt, esse confitetur. Sed <sup>26</sup> quod hii sapientissimi et optimi patres illo eodem temporis momento, quo Te Romanum pontificem declararunt, campum Tibi patentissimum apparuerint ad virtutes tuas, quae solis hactenus Hispaniarum et inferioris Germaniae angustiis <sup>27</sup> claudabantur, in totum Christianum orbem longe lateque spargendas ac diffundendas. Laudat eorum ipsorum sapientissimum atque exactissimum iudicium, qui revocato illo prisco illius primi senatus Romani more maluerint novum quendam quasi Numam Pompilium sanctitate et religione clarum, non e Sabinis, quod illi fecerant, sed ex ultimis terrarum finibus ad imperium evocare quam ulla in parte rei <sup>28</sup> Christianae deesse. Et cum laudat hoc vestrum, Patres Reverendissimi, pulcherum et sanctissimum factum, tum vero vobis omnibus grates hoc nomine agit <sup>29</sup> amplissimas affirmans nulla re magis potuisse constare vestram singularem in rempublicam Christianam fidem, vestrum amorem, studium, affectionem, quamque posthabita privata etiam vestri ratione, eum in hac sanctissima sede locaveritis, <sup>30</sup> quem inter mortales optimum atque ad habenas Christiani imperii moderandas aptissimum esse iudicassetis. Gratulatur denique et gaudet sibi ac suis regnis et universo Christiano orbi, cui tali ac tam periculo ac difficulti tempore, pontifex contigerit, de quo ea praedicentur, quae nostris saeculis de nullo non solum in summam fortuna principe(?)<sup>31</sup>, sed etiam privatae sortis homine praedicata fuerunt. <sup>32</sup> Sperat non rex Hungariae solum, qui maxime omnium tali indiget pontifice, sed totum Christianum genus, Te qui episcopum privatum egeris, tam sanctum, tam prudentem, tam solerter atque industrium in summo nunc honore constitutum, a Te ipso non degeneraturum, qui Hispaniis summa cum omnium commendatione praefueris, longe maiori nunc cum laude et gloria totius Christiani orbis imperium <sup>33</sup> administraturum. Non sum nescius, quid hoc loco a me iure quodam modo res ipsa exigere videatur, ut vestrum simul et horum reverendissimorum patrum, qui Te elegerunt, acerrimum iudicium et tuas amplissimas laudes oratione mea prosequar. Sed ego utrumque consulto praetereo, aliorum sint istae de Te et de tuis clarissimis <sup>34</sup> virtutibus praedicationes, alii dicant Te summa integritate, fide, modestia, singulari eruditio et doctrina incredibili in omni genere laudis excellentia praeditum. Quin et illud addant, si placet, Te tanta semper fuisse animi moderatione et continentia, ut nullos unquam honores quaesiveris. Illud fortasse apostoli Pauli Tecum in animo reputantem, ut nemo sibi sumat honorem nisi vocatus a Deo tamquam Aaron.

<sup>3</sup> consentaneum ed. consentanen

<sup>19</sup> ulla ed. nulla, corr. A.

<sup>36</sup> ed. vestrum, mendose deletum per A.

Tanta tamen vicissim fuisse felicitate (si felicitatem appellare licet occultam 35  
quandam divini numinis voluntatem ac providentiam) ut nulli honores ulli unquam  
homini contigerint, qui non Tibi ulti, nec expectanti, nec opinanti sint oblati. Ego 36  
et haec et plura ac maiora hiis, licet in Te summopere admirer, illud tamen potius  
5 mihi dicendum existimo, quod et Tu, Sapientissime Pater, verissimum esse  
iudicabis, tanto maiorem et graviorem tuis humeris sarcinam esse impositam,  
quanto non solum altiore loco sed etiam admirabiliore et minus saeculis  
nostris audita ratione in hunc altissimum honoris gradum condescendi. Deus, nam 37  
Deus fuit ille, qui Te externum, Romae nunquam visum, de tali dignitate ne  
10 cogitantem quidem quicquam in animos horum sanctissimorum patrum, verum  
iam tandem aliquem et idoneum pastorem ecclesiae sanctae praeficere querentium  
miro quodam atque incredibili modo inserviit atque insinuavit. Tuum igitur erit ita 38  
hac tanta Dei in Te benignitate uti, ut et Deo, qui Te elegit, et hominum, quos tuae  
curae credidit, expectationi satisfacere possis. Fac, Clementissime Pater, talem 39  
15 istum tuum pontificatum videamus, ut iure optimo et Tibi et sibi et universae  
Christianitati congratulatus fuisse videatur rex Hungariae serenissimus. Exhibe 40  
nobis, Pontifex Sanctissime, una cum illis antiquis pontificibus Romanis, qui  
privatis omnibus affectibus post tergum relictis, omnibus aliis curis postpositis hoc  
solum dies et noctes cogitabant, quo pacto gregem sibi creditum domino Deo suo  
20 salvum atque incolumem repraesentare possent. Quali pontifice si unquam alias 41  
indiguit respublica Christiana, nunc certe maxime indiget, cum adversarius eius  
tanquam leo rugiens circuit quaerens, quem devoret, quam Christiani imperii  
partem invadat et penitus absorbeat. Circuit inquam ab omni parte, nunc terra, 42  
nunc mari, modo septentrionem, modo has, quae magis meridiem et occidentem  
25 spectant regiones, assidue quatiens atque infestans. Qui non satis habens omni 43  
Asia, quae Christiani olim iuris erat perdomita, magnam Europae partem e corpore  
Christiani imperii avulsisse, iam circum ipsa Christianae reipublicae intima viscera  
crudelissime grassatur, iamiam, Beatissime Pontifex, Amplissimi Patres, nisi  
omnium ope resistitur, totius Europae imperio potitus. Belgrado enim, sive eam 44  
30 Taurinum vetere vocabulo appellare maluimus, et provincia Transalpina in  
ditionem suam redactis, quid aliud effecit potentissimus hostis, quam ut ei per  
Transalpinam quidem ad Moldaviam, Transsilvaniam, Polonię, per Belgradum  
vero ad utramque Pannoniam, ad reliquas Dalmatiae et totius Illyrici et ad hanc  
orbis terrarum principem, Italię, aditus pateat liberrimus. Scardona autem, quam 45  
35 nuper prope inspectantibus vobis, Reverendissimi Patres, interceptit, cum illo suo  
amplissimo portu, quam non ei commoditatem est praebitura ad omnes oras  
maris Adriatici non paulatim modo carpendas, quod facere consuevit, sed si id  
maluerit, uno impetu subigendas? Quod si ad haec Rhodus quoque insula 46  
nobilissima, quam nunc fortissime quatit, accesserit (quod Deus benignissimus  
40 avertat), quid ei tandem obstabit, quin totum hoc, quod Christianum orbem  
undique circumfluit mare, in sua habeat potestate. Providendum igitur et nunc,  
dum adhuc provideri potest, omni ope providendum, ne ab hac immanissima et

17 ed. una cum, *delevit et corr. A.*, sed *correctio legi non potest.*

19 cogitabant ed. cogitabantur, corr. A.

33 Pannoniam ad reliquas ed. pannon iamad Reliquas, corr. A.

35 inspectantibus ed. inspectan, corr. A.

efferatissima barbarorum illuvie penitus obruamur. Induendus ille vere Christianus 48  
et ad libertatem, honorem, decus, ad omnem amplitudinem natus animus. Et cum 49  
id omnibus faciendum tum vero Tibi potissimum, Beatissime Pontifex, qui caput es  
et non alicuius privati regni aut provinciae sed totius Christiani generis caput et tale  
5 caput, quod et divini numinis arbitrio et humano consensu ad hoc solum videtur  
institutum, ut omnium, quicunque Christiana religione censemur, curam in  
commune gerat. Non enim regi Hungariae, non Poloniae, non aliis serenissimis 50  
regibus, sed Petro et successoribus eius pascendas suas oves Dominus nominatim  
commisit. Tu igitur pastor, nos oves, Tu caput, nos membra, Tu pater, nos filii. 51  
10 Quod pater filiis, caput membris, pastor ovibus, id Tu nobis in commune omnibus 52  
debes. Aliis regibus, quin ita volunt, satis esto regnorum cuique suorum fines tueri, 53  
tuorum regnorum fines cum iisdem terminis claudantur, quibus totus Christianus  
ne dicam terrarum orbis clauditur, totius Christiani generis curam agas oportet.  
Quid vero, quod isti maximi et amplissimi reditus, quibus non haec solum Romana 54  
15 sed etiam aliae per orbem Christianum ecclesiae sunt munificentissime locupletatae,  
neque possunt honestius, neque debent iustius in ullum alium usum quam in  
Christianorum conservationem expendi ac dispensari? Nam si bona pauperum 55  
sunt, si tributa egentium animarum, quemadmodum ea esse et sacri canones et  
antiqua sanctorum patrum scripta demonstrant, quibus hii magis debentur quam  
20 pauperibus? Qui sunt autem ex omni pauperum genere, si per universum mortale 56  
genus animo discurras, pauperiores, egentiores, calamitosiores quam illi, quorum  
animae simul cum corporibus hostili sunt obiectae furor? Nos abunde pulchrum ac 57  
religiosum esse ducimus sacras aedes magnifico ac regali sumptu extruere easque  
auro, argento, gemmis, margaritis atque omni pretiosa supellectile ornare.  
25 Pulchrius fortasse et Christianae pietati convenientius xenodochia, orphanotrophia 58  
et alia id genus ad alendos ac sustentandos egenos instituta loca condere et  
locupletare. Sed ego omnium pulcherrimam atque omnia caritatis opera longe 59  
excedentem illam elemosinam esse crediderim, qua vel iam capti ab hoste  
redimuntur vel captivitatis periculo obnoxii, ne in hostis potestatem deveniant,  
30 multo ante providetur. Praeclare enim divus Ambrosius, Mediolanae urbis 60  
episcopus, ornatus, inquit, sacrorum redemptio captivorum est. Et illa, inquit, sunt 61  
vere pretiosa vasa. Illi veri reditus ecclesiarum, qui redimunt animas a morte. Ille 62 63  
verus Domini thesaurus, qui idem operatur, quod sanguis eius est operatus.  
Praeclare etiam maiores nostri Hungari, qui episcopatus et alia sacerdotia ideo 64  
35 videntur copiosius locupletasse, ut eorum possesores certum alerent quotannis pro  
fidei catholicae defensione militum numerum, qui mos usque in hodiernum diem  
apud nos diligentissime servatur. Quod quidem exemplum, si ceteri Christiani 65  
sequuti fuissent et tot opulentissimos orbis Christiani episcopatus et ecclesias huic  
sanctissimo oneri ferendo subdidissent, nunquam certe res Christiana ad has  
40 angustias pervenisset. Non solum igitur Te, Beatissime Pater, debitorem facimus 66  
Christianae reipublicae ante omnes defendendae, quod caput eius es, sed hoc etiam  
nomine, quod illi miseri Christiani, qui in extremo discrimine versantur, suos esse  
credunt et in suam necessitatem institutos omnes istos, quos Tu, quos alii  
ecclesiarum antistites habent amplissimos proventus. Immo ita sibi Christo docente 67

29 captivitatis ed. captivitati, corr. A.

30 divus ed. divinus, corr. A.

persuadent eum demum esse bonum pastorem, qui nedum substantiam, sed si opus  
sit, etiam animam suam ponat pro ovibus suis. Quae tamen ego non propterea <sup>68</sup>  
commemoro, Pontifex Optime et Doctissime, quasi ea Tibi vel ignota esse putem,  
vel Te non ad omnia pro ovibus Tibi commissis etiam cum capitib[us] discrimine  
5 subeunda paratissimum existimem. Absit a me haec tam stulta et impia credulitas. <sup>69</sup>  
Credo ego et illo pontificum genere Te esse, id, quod scio, re ipsa ita esse brevi <sup>70</sup>  
comprobabis, qui verum Christi referens vicarium, verum decus honorem, gloriam,  
salutem rebus omnibus terrenis, immo vitae etiam ipsi libentissime anteponas.  
Quod quamvis ita esse certissime mihi persuadeam, non potui tamen me continere, <sup>71</sup>  
10 quin pauca in hanc sententiam dicerem, magis ut officio meo satisfacere viderer,  
quam ut Tibi vel consilium darem, Principi Sapientissimo, vel stimulus adderem,  
pontifici ad omnia pro Christi ovibus facienda tua sponte incitatissimo. Verum <sup>72</sup>  
aliud est, Felicissime Pontifex, quod ego in Te magis et considero et admiror.  
Maiores Tibi video oblatam rei bene gerendae facultatem, quam ulli unquam <sup>73</sup>  
15 Romano pontifici contigerit. Quorum si vitas et acta ex annalibus pontificiis <sup>74</sup>  
repetamus, inveniemus aliis auctoritatem, aliis facultatem, quibusdam etiam  
voluntatem ad hanc sanctissimam provinciam obeundam defuisse. Tibi vero rebus <sup>75</sup>  
omnibus, quae a Deo immortali desiderari possunt, undique affatim affluentibus  
quid deesse possit, nihil penitus video. Existimationem habes tantam, quantam <sup>76</sup>  
20 potest homini multa a puero semper innocentissime atque integerrime acta et per  
omnes bonas atque honestissimas artes ad hoc usque supremi honoris culmen  
deducta conciliare, facultatem deinde tantam, quantam is habere potest. Qui ut <sup>77</sup>  
omnes ei principes alii Christiani desint, qui certe deesse non possunt, Caesarem  
tamen habet amicissimum et eum Caesarem, qui ut magnitudine imperii aequat  
25 multos ita, ut omni virtutis genere exsuperat omnes fere illos vetustos imperatores.  
In Te vero tanta est pietate, tanto amore atque observantia, ut is nihil penitus Tibi <sup>78</sup>  
negaturus videatur, praesertim id ab eo postulanti, quod ad communem omnium  
salutem pertineat. Quid non negaret discipulus praeceptoris, alumnus nutritori, <sup>79</sup>  
Christi vicario Christianissimus imperator, denique filius patri et ei patri, quem  
30 quantum dignitate et honoris culmine, tantum etiam doctrina et vitae sanctimonia  
videt aliis mortalibus praestare? Iam quid ego de aliis regibus et principibus loquar? <sup>80</sup>  
Quem enim ex illis omnibus ea credis naturae immanitate praeditum, adeo sui et <sup>81</sup>  
suorum et Christi optimi maximi oblitum, ut Te contra hostem communem  
35 vexillum crucis Christi ferente malit cum summo dedecore et periculo vel domi  
ociosus manere vel privatas adhuc dissensiones agitare, quam summa et immortali  
gloria ac perenni sua salute tua signa sequi? Nihil igitur, nihil omnino Tibi deest, <sup>82</sup>  
Pontifex Maxime, nisi forte voluntas deesseset, quem in tanta virtute, tanta  
praesertim adiecta et auctoritate et potestate non etiam superesse nemo est, qui sibi  
possit persuadere. Ut tamen sicuti omnium maxime et debes et potes, ita etiam velis <sup>83</sup>  
40 rem Christianam salutem suam et suorum, quae in summum discrimin adducta est,  
iuvare ac Christianos principes ad hanc sanctissimam defendendae Christianae  
religionis provinciam capessendam, quamprimum tua auctoritate inducere. Id vero <sup>84</sup>  
est, quod a Te supplex summis et enixissimis precibus petit atque efflagitat rex

20 multa ed. ulta

21 hoc in ed. difficile lectu, corr. per A.

34 dedecore ed. delectore, corr. A.

37 quem ed. quam, corr. A.

Hungariae, cuius preces tanto plus ponderis apud Te habere debent, quanto plura  
Tibi sunt in hoc uno rege consideranda. Nam et filius tuus est huic sanctae sedi 85  
extrema morientis patris voce commendatus. Et eo genere ortus cuius maiores suae  
sanguinis, suae successionis linea spectetur. Egesserunt (quae pace omnium 86  
dixerim), si cum aliorum regum factis conferantur, illi videbuntur pro privata sua 87  
vel gloria vel iniuria vel utilitate. Hii semper pro communi omnium salute 88  
decertasse. Postremo eius nationis rex, quae iam inde ab initio, quo Thurca Danubii 89  
ripam pulsare cepit, qui est prope quinquagesimus supra centesimum annus,  
maluerunt suis corporibus universum hostis impetum excipere et sustinere quam  
bonis etiam et aequis conditionibus ab hoste toties oblatis facere quippiam, quod 90  
vel minimo detimento reliquis Christianis esse posset. Qui tutam usque ad haec  
tempora, quantum in ipsis fuit, cum maxima sua clade et assidua sanguinis sui 91  
effusione Christianam rempublicam praestitere. Qui tot iam continuis cladibus adeo  
sunt attriti, eo angustiarum pervenerunt, ut nisi quamprimum adiuvantur, aut eis  
sit primo quoque tempore accumbendum, aut conditiones, quas hostis tulerit,  
acciendi. Quae quales futurae sint et quantum reipublicae Christianae 92  
detrimentosae, facile unusquisque potest considerare. In quorum salute conservan-  
da non solum id considerari oportet perire socios, amicos, fratres et antiquos ac 93  
fortissimos reipublicae Christianae propugnatores, perire obsequentissimos huius  
sanctae sedis filios, sed illud quoque perire vobis, ut alia omittam, equitatum  
maximum et validissimum, perire terram omnium, quas septentrio habet,  
amoenissimam, fertilissimam et hosti ad propinquas regiones invadendas opportu-  
nissimam. Denique perire atque in perpetuum abscindi a Christiano imperio 94  
tantum terrarum tractum quantus hinc inter sinum Adriaticum et Cecios montes,  
illinc inter montes Carpathos et Euxinum pelagus iacet. Et haec omnia opibus et 95  
potentiae potentissimi hostis accedere. Huius igitur nationis rex, quae tanta in 96  
rempublicam Christianam praestitit, quae in tanto nunc discrimine versatur, quae  
tantum est et servata commodi et amissa detimenti rebus Christianis allatura, Te  
supplex praecatur et per amorem Dei omnipotentis orat atque obtestatur, ne se 97  
deseras, ut sibi dum adhuc spirat, dum adhuc iuvari potest, re, non verbis, facto,  
non promissionibus citissime et quamprimum adesse velis. Existima non meas esse 98  
has, quas audis, sed illius, sed omnium Hungarorum, immo omnium illorum  
infelicium populorum miserabiles voces. Illos nunc cogita ad unum omnes cum 99  
coniugibus et liberis supplices ante tuos iacere pedes et Te per ingentia maiorum  
suorum merita, per tot vulnera et mortes pro Christianis acceptas, per sanctissimos  
huius sanctissimae urbis tot fortissimorum martyrum cineres, denique per  
effusionem sanguinis domini nostri Iesu Christi orare, praecari, obtestari, ne se ab  
hac sanctissima veri Dei religione, quam nos semper devotissime coluimus, avelli et  
in spurcissimorum hostium potestatem venire permittas. Illi a Te, Beatissime Pater, 99  
ab hac sancta sede, a vestro, Reverendissimi Patres, sacratissimo senatu, ab  
omnibus Christiani nominis principibus, a tota Christianitate repetunt tot beneficia  
in vos collata, repetunt opes et facultates suas pro vobis conservandis liberalissime  
quotannis expositas, repetunt sanquinem suum et maiorum suorum pro vobis  
effusum. Nisi immites, nisi beneficii accepti prorsus immemores esse volueritis, 100

2 hoc ed. hec, corr. A.

5 conferantur ed. conferrantus, corr. A.

24 quantus hinc ed. quatenus, corr. A.

servabilis vestros servatores, subvenietis vestris antiquis defensoribus. Tu vero,<sup>101</sup>  
Beatissime, Maxime et Optime Pontifex, nisi a tuis sanctissimis moribus, a Te ipso  
deficere, nisi totum Christianum orbem et regem potissimum Hungariae tanta spe  
de Te concepta frustrari volueris, uteris profecto hiis tot et tantis uno eodemque  
tempore collatis in Te divinis muneribus. Uteris hac tanta et tam rara occasione<sup>102</sup>  
nunquam fortasse amplius, si nunc e manibus elabitur, redditura. Non deerit tuis<sup>103</sup>  
votis, tuis sanctissimis consiliis Deus optimus maximus. Aspiciet ille de sede sancta<sup>104</sup>  
sua, de excelso coelorum habitaculo et cogitat de nobis, aperiet oculos suos et  
videbit tribulationem nostram. Denique, Beatissime Pater, sive gloriam quaeris<sup>105</sup>  
apud homines immortalem sive apud Deum praemium sempiternum, nullam esse  
credideris ad utrumque adipiscendum faciliorem expedioremque viam, quam si  
principibus Christianis quamprimum in unam sententiam et voluntatem adductis  
dies et noctes cogitaveris de nobis, qui in extremo discrimine versamur,  
conservandis.

15

Dicta pridie Nonas Septembbris  
Anno salutis MDXXII.

106

<sup>14</sup> conservandis *ed. conservendis, corr. A.*



# **ANNOTATIONES**



## AD HISTORIAM VERRISSIMAM

Clades Moháciensis opinionem publicam Europae, maxime Germaniae multum commovit. Praeter relationes et epistulas annotationesque manu scriptas opuscula arte typographica impressa permulta in lucem prolata sunt sed magis pro nuntio falso quam pro vera notitia. De his vide Guilelmus Fraknói: A mohácsi csatáról szóló egykorú újságlapok a Magyar Nemzeti Múzeum könyvtárában, in ephemerede Magyar Könyvszemle 1876. pp. 8—14; Aladár Ballagi: Buda és Pest a világírodalomban. Budapest 1925, passim; Béla Pukánszky: Mohács és az egykorú német közzélemez, in: Mohácsi emlékkönyv 1526. Budapest s. a. pp. 277—294; Colomanus Benda: A törökkor német újságírodalma. Budapest 1942, passim; Helena Hubay: Feuilles volantes, gazettes et pamphlets hongrois ou relatifs à la Hongrie, conservés à la Bibliothèque Nationale de Budapest. Budapest 1948. ad annos 1526, 1527. Etc.

Litteras Stephani Broderici ex Posonio 10. Septembbris 1526 ad pontificem Romanum datas hucusque ineditas ex amica liberalitate Belae Karácsonyi nunc primum sub prelo mandare possumus:

„Sanctissime Pater, Domine Clementissime, servitutis meae perpetuae humillimam commendationem.

Sanctitas Vestra iam intellexit nostrum infelicem cum Thurcis conflictum. Utinam non adeo audaces fuisseus ac non adeo in apertum periculum ruisseus temere! Sed ista quomodo, cuius consilio vel quorum pocius temeritate sint acta, Vestra Sanctitas ex domino barone clarius intelliget, qui novit omnia, quae in hunc diem sciri potuerunt et quae a me scribi deberent. Ego ex hiis, quae acta sunt, quae nunc aguntur, non possum aliud coniucere nisi manifestum excidium huius patriae procul omni dubio. De me aliter constituerem, quam constitui, si que spec mihi superesset serviendi hic vel patriae vel Vestrae Sanctitati ac Sedi Apostolicae. Sed cum utrumque mihi sit ademptum, faciam id cum gratia et favore Vestrae Sanctitatis, quod dominus baro referet Vestrae Sanctitati. De ipso domino barone, de obsequiis, quae Sedi Apostolicae, Vestrae Sanctitati, huic regno serviendo praestitit, non est opus, ut aliquid scribam. Non dubito Vestram Sanctitatem et servitorum ipsius, quae praestitit, memorem futuram rationemque habituram et sortis miserae, in quam legatio eius regno cadente incidit, miserturam una cum dominis meis observandissimis, sacro reverendissimorum patrum collegio. Me, dominum baronem, meam perpetuam servitutem in gratiam Vestrae Sanctitatis humillime commendando, quae felicissime valeat. Ex Posonio, 10. Septembbris 1526.

Vestrae Sanctitatis miserrimus servulus  
et capellanus  
S. Brodericus dd  
cancel< . . . . . >

Veniet ad Vestram Sanctitatem vel cum domino barone vel non tarde post ipsum Statilius praepositus Budensis, secretarius regius, bonus et sufficiens vir, nepos episcopi olim Vesprimiensis, bani Croaciae a Thurcis interempti. Supplico, sit Vestrae Sanctitati commendatus, meretur aliquid vel memoria avunculi tam boni servitoris religionis Christianae et Sanctae Sedis Apostolicae.”

(Archivum Secretum Apostolicum Vaticanum, Segreteria di Stato, Principi IV, foll. 328r—330v.)

Iohannis Cuspiniani magnam auctoritatem habens sed in Hungaros maxime iniqua Oratio, inferius sine auctoris nomine a scriptore nostro compluries citata, Brodericum ad scribendam „historiam

verissimam" vchementer impellit: *Oratio protreptica Ioannis Cuspiniani ad Sacri Romani Imperii principes et proceres ut bellum suscipient contra Turcum, cum descriptione conflictus nuper in Hungaria facti quo perii rex Hungariae Ludovicus ... Viennae Austriae, Ioannes Singrenius, s. a. [1526].*

## AD SENT. 4.

*scutum et clipeus* — cf. Colomanus Benda: *A magyar nemzeti hivatástudat története a XVI—XVII. században*. Budapest 1937, passim. Ea mens in diplomate Vladislai I. regis Hungarorum primum aperitur: „sunt murus et clipeus fidelium pro honore nominis divini et defensione fidei catholicae” (Benda, op. cit. p. 25).

*ambos eadem lagellonia stirpe prognatos* — Anno 1444 rex Vladislaus I. in armis contra Turcos apud Varnam mortuus est. Eadem sententia in versibus eiusdem temporis legitur:

„Si Curios Fabiosque suos, si Roma Camillos  
Effert, pro patria qui subiere necem,  
Iure tuos celebrare potes, Ungaria, reges  
Bina lagellonie gemina sancta domus.  
Ladislaus erat primus, Ludovicus hic alter . . .”

(Acta Tomiciana, tom. VIII. p. 253.)

## AD SENT. 12.

Connubium 22. Iulii 1515 initum est consummatumque primo anno 1522.

## AD SENT. 21.

Turcus 29. Augusti 1521 Belgrado potitus est.

## AD SENT. 23.

Comes Christophorus de Frangepanibus de servitio archiducis Ferdinandi redierat, sed anno 1525 inter ipsum et archiepiscopum Strigoniensem in conventu Hatvaniensi discordia orta est, eaque de causa in custodiā traditus est. Hic evesus rediit ad Ferdinandum, cuius servituti se Spirae 1. Augusti 1526 obligat (vide in ephemeride Starine, tom. V. p. 266). De controversia vide relationem Valentini Eck notarii Bárlensis, Budae 11. Septembris 1525: „Item den dritten tag, vor dem ich gekhen Osen bin komen, hatt der graff Christoff von Frangapanibus den erzbischoff im rath an den grind geschlagen, von wegen, das er in lügen hatt gestrafft, unnd bald darnach auf der gassen über in gezückt unnd szo er durch den Dragfy Janusch unnd Doczy Janusch nit ver aufgehalten, hett in auf der stell erstochen etc., der halben graf Christoff im schloss noch heut wirt vorhalden unnd ist zu besorgen, werd nix guts darausz, wann dy huszaren all an graff Christoff hangen etc.” (Ludovicus Thallóczy et Samu Barabás: Codex diplomaticus comitum de Frangepanibus. Tom. II. Budapest 1913. pp. 379—380.) Vide et litteras Christophori de Frangepanibus ad Antonium Dandulum, Budae 14. Septembris 1525, in ephemeride Magyar Történelmi Tár, tom. XXV. 1878. pp. 345—346.

## AD SENT. 27.

Ladislaus Szalkai de cancellariatu vere anni 1526 cedere vi coactus est.

## AD SENT. 28.

Anno 1521 Solymanus Sabaciam occupavit.

## AD SENT. 30.

*dies divi Georgii* = 24. Aprilis; cf. Ludovicus II. ad Franciscum Batthyány, Budae 29. Martii 1526: „indiximus dictam generalem universis regnicolis nostris ad festum beati Georgii martiris proxime venturum”, in ephemeride Levéltári Közlemények, tom. IV. 1927, p. 81.

## AD SENTT. 31—36.

De dicta uberioris dissertat Desiderius Szabó: *A magyar országgyűlések története II.* Lajos korában. Budapest 1909. pp. 101—110. Vide et constitutiones conventus campi Rákos anno 1526, articulus 8: „Rex ad expeditionem se praeparet et gentem paratam habeat”, art. 14: „Auxilium contra hostes ab externis Christianis principibus imploretur”, art. 18: „Capitaneus generalis eligatur”; etc. (Corpus Iuris Hungarici. *Magyars törvénylet 1000—1526.* Budapest 1899. pp. 836—853.) De rege Poloniae Sigismundo I. et de relatione Polonorum cum Turcis vide J. Dąbrowski: *Lengyelország és a török veszedelem 1526 előtt*, in: Mohácsi emlékkönyv, op. cit. pp. 125—139; J. Pajewski: *Stosunki polsko-węgierskie i niebezpieczeństwo turckie w latach 1516—1526.* Warszawa 1930, passim. Pax inter Turcum et Polonum a 15. Novembris 1525 ad eundem diem anni 1528 facta est.

## AD SENT. 31.

*ad diem virginis matri ab Elisabeth visitatae dicatam* — recte: *ad diem visitationi virginis matris ad Elisabeth dicatam*, id est 2. Iulii.

## AD SENT. 38.

Ipse Brodericus legatus regis fuit. Epistula regis Ludovici II. ad Franciscum I. regem Galliarum de mittendis auxiliis sinc dato scripta legitur apud Georgium Pray: *Epistolae procerum regni Hungariae.* Pars I. Posonii 1806. pp. 223—226.

## AD SENT. 39.

Litteras eiusdem Iohannis ad summum pontificem datas edidit G. Pray, op. cit. pp. 210—268. etc.

## AD SENT. 40.

Litterae Ludovici II., Budac 21. Junii 1526: „reverendus Ladislaus de Macedonia praepositus Quinquecclesiensis ac egregius Petrus Bornemisza de Capotana, consiliarii nostri ad exigendas pecunias vasaque auræ et argenteæ aut alia iocalia, quæ ab universis regni Hungariae, Sclavoniae et Transsilvaniae ecclesiæ ac monasteriis ex permissione et indulto SS. D. N. Clementis PP. VII. pro expeditione contra Turcas colligi decrevimus, commissarii et collectores per speciales litteras nostras deputati fuissent”. (Stephanus Katona: *Historia critica regum Hungariae.* Tom. XIX. Budae 1793. p. 623.)

## AD SENT. 45.

Cf. „Universa in pagos conventusque divisa, quos comitatus appellant . . . Conventus . . . citeriores, qui in Pannonias diffusi sunt . . . imprimis Syrmensis conventus . . . Deinde Valconensis . . . Post hunc Poseganensis” etc. (Antonius de Bonfinis: *Rerum Ungaricarum decades.* Edd. I. Fögel et B. Iványi et L. Juhász. Tom. I. Lipsiae 1936. Decas I, liber I, sentt. 340—344.)

## AD SENT. 53.

Cf. Cuspiniani op. cit.: „pisculentissimus Tibiscus”.

## AD SENT. 54.

Cf. Cuspinianus, op. cit.: „Traianus . . . pontem supra Danubium . . . stravisse feratur, cuius fragmenta hodie adhuc exstant”. Bonfinius, op. cit. Decas I, liber I, sent. 180: „Traianus . . . in Danubio pontem erexit . . . cuius hodie quoque pile nonnullae spectantur, ad quem . . . Severinum est oppidum”.

## AD SENT. 65.

*colonia Romanorum* — Mursa.

## AD SENT. 68.

Petrus Ransanus: Epithoma rerum Hungararum. Ed. Petrus Kulcsár. Budapest 1977, index II, sentt. 43—45: „Comitatus . . . Sirmensis . . . Patria fuit Probi Romani imperatoris et beati Demetrii martyris. Antiquae urbis apparent adhuc multa vestigia.” Caesares Pannoniae nati auctore Cuspiniano Decius, Claudius II, Aurelianus, Diocletianus, Carus Carinus, Carus Numerianus, Valentinianus senior, Valens, Gratianus erant; Pannonus esse fertur Constantinus Magnus et pontifex Romanus Victor IV.

## AD SENT. 71.

Iohannes Hunyadi et Iohannes Capistranus anno 1456 apud Belgradum victoriam memoratu dignam adepti sunt ex imperatore Mohammed II, non vero ex Amurathe.

## AD SENT. 74.

Charta memorata deficit.

## AD SENT. 75.

„Ambrosium Sarcanum . . . ad palatinum, qui tunc in arce fratris sui Georgii Bathorii Baboccia prope Dravum sita copias cogebat, . . . properare iussit” — dicit Nicolaus Isthvanius: Historia regni Hungariae. Viennae 1758. p. 74.

## AD SENT. 77.

*a quodam* — scilicet a vaivoda Moldaviae.

## AD SENT. 80.

De transitu Savi scribit Iohannes Antonius de Burgio, Budae 30. Iunii 1526, in: Pray, op. cit. pp. 254—255.

## AD SENT. 81.

Cuspinianus, op. cit.: „Budam egressus XXIII. Iulii decem et octo millibus passuum Tolnam venit haud longe ab oppido quod Batha vulgo appellatur.”

## AD SENT. 83.

Iohannes Antonius de Burgio, Budae 22. Iulii 1526: „Rex habuit in suo comitatu circiter 2000 et 500 pedites, 200 cataphractos et circiter 1000 equites levis armaturae” (Pray, op. cit. p. 264).

## AD SENT. 84.

Idem, Budae 22. Iulii 1526: „Primum hospitatus est loco duobus milliaribus hinc dissito ubi mansit usque hodie” (Pray, op. cit. p. 263).

## AD SENT. 86.

31. Iulii et in vico Adony inter Ercsi et Pentele sito castra metatus est (Levélári Közlemények, tom. IV. 1927. pp. 87—89).

*Romanorum colonia* — Intercisa.

## AD SENT. 88.

Ludovicus II. ad Franciscum Batthyány, Paks 5. Augusti 1526: „Itaque vobis harum serie firmissime commitimus ut non mediā partem sed omnes colonos quamprimum levare debeatis ... Hoc idem iussimus fieri in Transsylvania et in Hungaria.” (Levélári Közlemények, tom. cit. p. 90.)

## AD SENT. 92.

Pater Christophori de Frangepanibus Bernardus erat. Christophorus eo tempore, id est 1. Augusti, Spirae commorabatur. Litteras regias ad Franciscum Batthyány scriptas, duas scilicet 24. Iulii ex castris prope Érd, duas ex Adony 31. Iulii, unam ex Paks 5. Augusti, Elemér Mályusz edidit, in: Levélári Közlemények, tom. IV. 1927. pp. 84—93.

## AD SENT. 97.

*dies transfigurato salvatori sacra* — 6. Augusti.

## AD SENT. 104.

*privilegia sua et morem baronum etc.* — cf. Vladislai II. decretum I, 1492, art. 19. §. 4: „Si regia maiestas aut palatinus vel generalis capitaneus regni pro tempore constitutus ad huiusmodi generalem exercitum personaliter proficeretur, tunc etiam domini praelati et barones ... et nobiles ... ire teneantur usque ad metas et terminos regni et non extra antiqua ipsorum libertate requirente” etc. (Corpus iuris Hungarici, ed. cit. p. 492.)

## AD SENT. 107.

Maria regina Sigismundo I. regi Poloniae, Posonii 9. Septembbris 1526: „frustra quibusdam sanioris consilii viris dissidentibus” (Acta Tomiciana, tom. VIII. p. 219.).

## AD SENT. 108.

*pridie* — 14. Augusti.

Unum ex castris memoratis Kesztölc fuit, unde rex 16. Augusti litteras dedit (Levélári Közlemények, tom. cit. p. 91), ad Batham 18. Augusti advenitur (l. c. pp. 91—92).

## AD SENT. 113.

Iohannes Antonius de Burgio ad summi pontificis secretarium, Budae 19. Junii 1526: „Miserant qui vocarent C. Christophorum et Nicolaum Germanum . . . capitaneos exercitus futuros, sed neuter voluit venire” (Pray, op. cit. p. 244).

## AD SENT. 120.

Anno 1522 Solymanus insulam Rhodi occupavit.

## AD SENT. 122.

*Nova Villa Macedoniorum* — Újsalu, ex quo rex 21. Augusti litteras dat („ex castris nostris in Wýffalw”, v. Levéltári Közlemények, tom. cit. 92—93).

## AD SENT. 126.

Paulus Várday ad Sigismundum regem, Agriac 13. Septembris 1526: „nostrorum animos eum ardorem pugnae accenderet” etc. (Acta Tomiciana, tom. VIII. p. 216.). Cf. Broderici sent. 150: „mirus et incredibilis ac fatalis pene quidam militum ardor” et sent. 133: „pugnae, cuius desiderio videbant militum animos accensos”.

## AD SENTT. 138—140.

Ad numerum exercituum cf. Brodericus Petro Tomicio etc., Posonii 6. Septembris 1526: „Nostrorum vix fuerunt XX milia, hostis habuit ad ducenta milia, sed que bello essent apta LXXX milia.” (Acta Tomiciana, tom. VIII. p. 220.)

## AD SENT. 141.

Ad numerum tormentorum ibidem: „Nos tormenta bellica et pauca et ea quoque mala parata, ille CD vel circiter bombardis magis quam alio genere virium hostis prevalevit”.

## AD SENT. 149.

Cuspiniani op. cit.: „ex suis multi imprudentes regem hortarentur ut cum Turco congrederetur impar et viribus et potentia contra tam saevum ac potentem hostem”.

## AD SENT. 156.

*cum episcopo Vesprimensi . . . qui in hanc usque diem in reginae obsequiis permanserunt* — Thomas Zalaházy episcopus supra (sent. 147.) memoratus post conflictum se reginae re vera adiunxit, attamen fine eiusdem anni 1526 in Ferdinandi partes episcopatum Agriensem accipiens transiit. Itaque sententia praesens post annum 1526 confici vix potuit.

## AD SENT. 163.

De regis persona vide litteras Broderici ad Petrum Tomicium scriptas, Posonii 6. Septembris 1526: „Regia maiestas, quam nostri non sunt passi ullo modo a praelio abesse . . .” (Acta Tomiciana, tom. VIII. p. 221).

## AD SENT. 170.

Cuspinianus, op. cit.: „aciem eduxit . . . XXIX. Augusti, qua die ecclesia decollationis Sancti Iohannis festum religiose colit”.

## AD SENT. 178, nota

„os humerosque diis similis” cf. Vergilius: Aen. 1.593: „os humerosque deo similis”.

## AD SENT. 179.

*Agriensis adhuc ex Batha missus* — cf. Paulus Várday ad Sigismundum I. regem Poloniae, Agriae 13. Septembribus 1526: „me regia maiestas sex diebus reluctantem et me omnibus rationibus excusantem Budam ex castris reverti propter sua quedam negotia maxime necessaria paucis ante prelium diebus compulisset, cuius mandatis parere mihi etiam invito necesse fuit. Budam itaque veneram” etc. (Acta Tomiciana, tom. VIII. p. 216.).

De palatino regni vide notam Casparis Ursini sub anno 1527: „Stephanus Bathor palatinus coronam utraque manu gestans cruribus podagra vitiatis in sella ante regem portabatur.” (Casparis Ursini Velii de bello Pannonicō libri decem. Studio et opera Adami Francisci Kollarī. Vindobonae 1762. p. 36.)

## AD SENT. 206.

Maria regina ad Sigismundum regem Poloniae, Posonii 9. Septembribus 1526: „Turci deinde ex industria terga vertunt ac nostros insequentes ad insidiarum locum, ubi ingens bombardarum numerus terra et cespite tectus erat, pertrahunt”. (Acta Tomiciana, tom. VIII. p. 219.)

## AD SENT. 217.

Cuspinianus, op. cit.: „Dissolutus exercitus a nostris regem arripuit male custoditum a suis”, et alibi: „multi enim ex suis immemores iusiurandi fatum sui regis expectantes latuerunt” etc.

## AD SENT. 227.

Relationem Francisci Sárfy provisoris Iaurinensis ex arce Iaurinensi die 12. Octobris ad Brodericum episcopum de reperto Ludovici regis corpore datam primum publicavit Fridericus Wilhelmus de Sommersberg: Silesiacarum rerum scriptores aliquot adhuc inediti. Tom. II. Lipsiae 1730. pp. 394—395, proxime Carolina Lanckorońska: Elementa ad fontium editiones. XXXIV. Romae 1975. pp. 67—69. Inter alia: „Nam dum loco appropinquaremus, ne cum tamén attigissemus, Czetricz mihi a longe locum digito demonstravit. Festinanter illuc venimus, equum unum mortuum in luto et paludibus comperimus, Zettritz corpus regiae maiestatis illic esse arbitratus spretis paludibus luto se iniecit, sub equo corpus regium cum reliquis comitibus quesivit, nec reperit, arma tantum maiestatis suae ibidem invenit. Paululum inde progressi corpus unum exangue vidimus quod versando corpus esse cognovimus Trepka magistri curiae maiestatis suae. Multa denique corpora diutius versantes regium corpus inter illa non reperimus. Non longe ab eisdem paludibus [Elementa: sub quodam portu quandam] sepulturam novam vidimus et quasi divino instinctu humatum corpus regiae maiestatis cognovimus.” Etc.

## AD SENT. 228.

Cuspinianus, op. cit.: „archiepiscopus Collociensis cuius caput longae hastae praefixum per exercitum ostentari fecit in suorum consolationem”.

## AD SENT. 232.

De numero nominibusque occisorum eisdem fere verbis annotatio quaedam eiusdem temporis docet, edita in Acta Tomiciana, tom. VIII. pp. 228—230, et in Elementa ad fontium editiones, vol. cit. pp. 72—74.

## AD SENT. 241.

Christophorus de Frangepanibus 3. Septembbris 1526 ex Zagrabia litteras dat (Starine, tom. V. p. 274).

## AD SENT. 242.

\* Cuspinianus, op. cit.: „Et Maria regina in tanta festinatione ignara adhuc de mariti fato omnem supellectilem in naves asportat. Sic cacteri cives cum uxoribus et liberis ac supellectili, quam in tanto metu ac trepidatione eripere poterant, Danubio sese committunt ut Vietnam versus fugiant . . . Ventum est in Danubio ad Strigonium archiepiscopalem sedem. Tum husserones incolae regni Turcicis longe saeviores et crudeliores nulla pietate moti, nulla misericordia navem onustam regia supellectili reginac auferunt, spoliant et diripiunt. Nec tanta feritate satiati nisi ludibrio etiam suam reginam afficiant in tanta anxietate, mulieres husserorum vestes et puellarum soleas ex gynceaco asportatas induunt, choreas faciunt, risus et subsannationes in timidum sexum iaciunt. O, gens effera et crudelior omni Turco, omni supplicio perdenda et mille mortis generibus castiganda, soboles scelerata non aere, non terra ferenda!”

## AD SENT. 244.

Alexius Thurzó Sigismundo I. regi, Posonii 29. Septembbris 1526: „iam maiorem partem Ungaric ulterioris, hoc est eius partis que est ultra Danubium, nobilissimos regiones usque laurinum depopulatus est et omnis igne excussit.” (Acta Tomiciana, tom. VIII. p. 225.) Vide et sent. 252.

## AD SENTT. 247—250.

De clade prope Strigonium lego in Acta Tomiciana, tom. VIII. p. 230: „Interfecta prope Strigonium rusticorum quinque milia”. (Vide et Elementa; vol. cit. p. 73.)

## AD SENT. 251.

De summa caesorum captorumque: „Partim capti, partim interficti per Ungariam in diversis locis usq[ue] ad ducenta milia.” (Acta Tomiciana, tom. VIII. p. 230, Elementa, vol. cit. p. 73.)

## AD SENT. 252.

‘ decimo quarto — recte nono. Solymanus urbem inierat 12. Septembbris et ibi ad 20. diem eiusdem mensis commoratus est

Brodericus Petro Tomicio etc., Posonii 2. Octobris 1526: „Postea cesar Turcarum, cum Budam verisset, ponte super Danubio facto exercitum in ulteriore ripam totum traduxit. Buda, Pesto et omnibus viciniis oppidis et villis combustis et spoliatis sola arce et secessu Nickensi salvo atque illeso discessit, ut intelligimus, Varadinum Petri versus”.

## AD SENT. 253.

Solymanus Hungaria 12. Octobris egressus est.

## AD ORATIONEM

### AD SENT. 1.

*Strigonium* — Esztergom.

*Georgius archiepiscopus* — Georgius Szatmári, archiepiscopus Strigoniensis inter annos 1522—1524.

### AD SENT. 15.

*Quinqueecclesiae* — Pécs.

### AD SENT. 17.

*Taurinum* — Belgradum (Beograd), occupatum a Turcis anno 1521.

*Transalpina* — regio inter flumen Histrum et partem meridianam montium Carpathicorum sita, quae vocabulo illis temporibus usitato Havaselve, Havasalföld, hodierno nomine autem Muntenia dicitur (in Rumania).

### AD SENT. 19.

*Franciscus Marsupinus* — legatus una cum Broderico missus; singula vitae eius non sunt nota.

### AD SENT. 45.

*Scardona* — Skrođin (in Dalmatia).

### AD SENT. 94.

*Cecios montes* — montes Bohemiae.



# **INDEX NOMINUM**



Numeri in indice enumerati sententias Historiae Orationisve indicant. Semper prius proferuntur paragraphi Historiae, post autem abbreviationem „Or.” sequuntur Orationis, si in ea illud nomen invenitur. Nomina apparatus critici significat littera „n” (= nota) post numerum sententiae posita.

- Aaron Or. 34  
Aczél, Stephanus 159, 227, 232  
Adrianus VI. pontifex maximus Or. 2, 15  
Adriaticum (Adriacum, Adria) mare 49, 51, 69;  
    Or. 45  
Adriaticus sinus Or. 94  
Agria (Eger) civitas 54  
Agnensis episcopus v. Várdai, Paulus  
Alba Graeca civitas 72, v. et Belgradum  
— Iulia (Gyulaféhérvár) civitas 57  
— Regalensis praepositus (Laurentius Kretschmer) 179  
— Regalis (Székesfehérvár) civitas 46, 92, 241, 246  
Albanus dux 170n  
Albis fluvius 170n  
Ambrosius Or. 60  
Amurathes (recte: Mohammed II.) imperator  
    Turcarum 71  
Anna soror Ludovici II. regis Hungariae 12  
Anna de Candale regina Hungariae 11  
Asia Or. 43  
— Minor 253  
Austria 12, 45, 93  
  
Bachia (Bács) oppidum et arx 54, 67  
Bakicz, Paulus 168  
Balassa, Franciscus 232  
Balaton (Balathum) lacus 47, 239, 244  
Bánffy, Iohannes 157  
Bánffy, Sigismundus 232  
Bánmonostra (Bakmonostra, Bácsmonostor) oppidum 70  
Baroh (Boroh, Borovo) 67  
Basy, Georgius 86, 88—90  
Báta (Batha) vicus 63, 108—110, 115—117, 122, 179  
Báthori de Somlio, Stephanus 82, 87  
Báthory Andreas, filius Andreae 86, 173, 207  
—, Andreas, filius Stephani 15  
—, Stephanus, filius Andreae 15  
  
—, Stephanus, filius Stephani 15  
Batthyány, Franciscus, banus Croatiae etc. 18, 92, 145, 157, 172  
—, Iohannes 232  
—, Urbanus 78, 87  
Belgradum (Beograd) civitas et arx 21, 28, 29, 42, 45, 50, 66, 70, 71, 120; Or. 44, v. et Alba Graeca, Nandor Alba, Taurinum  
Berizlaus, Petrus, episcopus Vesprimiensis 90  
Bichygium (Bigihon, Bihács) oppidum 50  
Bistrica (Beszterce) oppidum 57  
Bistritia (Besztercebánya) civitas 54  
Bohemi 32, 93, 131, 135, 144, 177, 232, 241  
Bohemia 2, 11, 39, 81, 136, 241; Or. 15  
Bornemyzza, Iohannes 26, 159  
Boroh v. Baroh  
Bozna 45, 50  
Boznenses 49  
Boznensis episcopus v. Palina, Georgius de  
Brassovia (Brassó) civitas 57  
Brodericus, Stephanus, episcopus Sirmiensis 24, 27, 179; praepositus Quinqueecclesiensis Or. 2, 11, 15  
Buda civitas et arx 26, 44, 46, 54, 63, 81—84, 93, 125, 134, 155, 156, 179, 243, 246, 252, 253  
Budenses 242  
Burgio, Iohannes Antonius de 39  
Burgius, Andreas Or. 8  
—, Lombardinus Or. 1  
  
Caecius mons 45; Or. 94  
Capistranus, Iohannes 71  
Carolus V. imperator Romanorum 12, 38, 167n, 170n  
Carpathii montes 52, 56, 61; Or. 94  
Cassovia (Kassa) civitas 54  
Chaholy, Franciscus, episcopus Chanadiensis 232  
Chanadinum (Magyarsanád) oppidum 54  
Chiele (Czelie, Cséle) pagus 227  
Cibinium (Nagyszében) civitas 57  
Colocensis archiepiscopus v. Thomory, Paulus

- Colocensis ecclesia 21, 70  
 Cocolia (Kalocsa) metropolis 54  
 Colosium (Kolozsvár) civitas 57  
 Comarom (Komárom) oppidum 54, 246  
 Croatia 18, 49, 50, 92, 131, 136, 145, 157  
 Czelie v. Chiele  
 Czeithini v. Zetichiny  
 Czetricz, Ulricus 181  
 Czibak, Emericus 173
- Dacia** 56, 60  
**Dalmatia** 18, 49, 50; Or. 44  
 Danubius fluvius 20, 44, 45, 47, 51, 54, 55, 60, 61,  
     63—65, 67, 71, 72, 81, 86, 88, 96, 97, 103, 115—  
     118, 186, 187, 227, 242—244, 252, 253; Or. 89
- Debrecentium** (Debrecen) oppidum 54  
**Drágahfylf**, Iohannes 183, 232  
**Dravus** fluvius 20, 42, 45, 47, 48, 64—66, 75, 103,  
     104, 115, 117, 123, 160, 252, 253
- Ercsi** pagus 86, 98  
**Érd** pagus 84  
**Erdőd** pagus 67  
**Erdőd**, Simon de, episcopus Zagrabiensis 158, 179  
**Erdödy**, Petrus 158  
**Europa** 44, 60, 74; Or. 43  
**Euxinum** mare 52, 60, 61; Or. 94  
**Ezeek** (Eszék) oppidum 65—67, 75, 86, 103
- Federicus** v. **Fredericus**  
**Fekethe**, Michael 231  
**Ferdinandus** archidux Austriae 12, 23, 36, 39,  
     92—94  
**Fertő** lacus 47  
**Földvár** (Dunasöldvár) oppidum 88  
**Földvár** pagus 188  
**Forgách**, Nicolaus 232  
**Francordium** (Frankfurt am Main) civitas 170n  
**Franciscus** I. rex Galliae 38  
**Frangepanibus**, Christophorus de 23, 36, 92, 113,  
     125, 127, 129, 131, 144, 241  
**Frangepanibus**, comes quidam de 232  
**Fredericus** (Federicus) elector Saxoniae 167n,  
     170n  
**Fumium** v. **Tininium**
- Galli** 38  
**Georgius** marchio Brandenburgensis 241  
 — (Szatmári) archiepiscopus Strigoniensis Or. 1  
**Gerendi**, Nicolaus 40  
**Germani** 57, 150  
**Germania** 44, 136; Or. 26  
**Giula** dux Hunnorum 57  
**Gnoynsky**, Ladislaus (mendose: Leonardus,  
     Lampertus) 101, 119, 167, 169  
**Gozthon**, Iohannes, episcopus Transsylvaniae 89
- Hampó**, Iohannes 232  
**Hannibal** Carthaginensis Cyprus 100, 233  
**Hardegh**, Iohannes 235
- Hassia** 167n  
**Helvetii** 58  
**Herczegh**, Nicolaus 230  
**Hieronymus**, S. 46  
**Himbraim** dux Turcarum 229  
**Hispaniae** Or. 26, 30  
**Homonnay**, Franciscus 173  
**Horváth**, Simon 232  
**Horváth de Vingárt**, Casparus 87, 181  
**Huna** (Una) fluvius 48  
**Hunari** (Hungari) 44, 50, 147, 192; Or. 64, 97  
**Hungaria** (Hungaria) 2, 8, 11, 17, 28, 29, 32, 38, 43,  
     44, 49, 59, 62, 64, 67, 71—74, 111, 129—131,  
     247, 253; Or. 1, 8, 15, 16, 20, 30, 39, 50, 84, 101  
     — citerior 44—46, 48, 51, 99, 237, 244, 252  
     — ulterior (Ultradianubiana) 44, 45, 52—54, 61,  
     99, 116, 252  
**Hunni** 44, 57  
**Hunyadi**, Iohannes, gubernator Hungariae 71
- Iagellonia** stirps 4  
**lauriensis** episcopus v. **Paxy**, Blasius  
**Iaurinum** (Györ) oppidum 46, 241, 244, 252  
**Iaycza** arx 50  
**Illyricum** Or. 44  
**Ingolstadium** (Ingolstadt) civitas 167n  
**Isthwanfly**, Iohannes 232  
**Italia** Or. 44  
**Italici** 150  
**Iudeai** 41  
**Iulius Caesar** 57
- Kálnay** (Kállay), Iohannes 166, 232  
**Kálnay**, Stephanus 232  
**Kamancz** (Kamenik) oppidum 70  
**Keresztes** (Mezőkeresztes) pagus 208n  
**Kochi** (Kocs) pagus 29  
**Korlátköy**, Petrus 177, 232  
**Krassó** rivulus 118
- Leo X.** pontifex maximus Or. 17  
**Ludovicus II.** rex Hungariae 2, 11, 13, 28; Or. 15
- Macedo** (Macedonius), Ladislaus 40, 93  
**Macezowzky**, Iohannes 230  
**Maria regina** Hungariae 12, 83  
**Maromarussia** 52  
**Maromarussii** montes 53  
**Maróth** (PusztaMarót) vicus 247  
**Martinus**, S. 46  
**Marsupinus**, Franciscus Or. 19  
**Marusius** fluvius 53  
**Mathias I.** rex Hungariae 15, 71  
**Maximilianus** archidux Austriae 208n  
**Mayláth**, Stephanus 181  
**Maytiny**, Bartholomaeus 231  
**Mediolana** urbs Or. 60  
**Megericu** (?) 93  
**Mehemetus III.** imperator Turcarum 208n  
**Mesi** v. **Moesi**

- Milpergum (Mühlberg) civitas 170n  
 Misnia 170n  
 Moesi superiores 49  
 Mohach (Mohács) oppidum 63, 64, 105, 114, 116–119, 121, 122, 131, 154, 186, 227  
 Mohammed v. Amurathes, Mehemetus  
 Moldavia 17, 60, 78; Or. 44, v. et Walachia Maior  
 Moravi 32, 131, 135, 177, 232  
 Moravia 39, 52  
 Móré, Ladislaus 160  
 Móré, Philippus, episcopus Quinqueecclesiensis 160, 179, 232  
 Nádasdinus, Thomas 94, 95  
 Nagh, Mathaeus 245  
 Nandor Alba civitas 72, v. et Belgradum  
 Natolia 253  
 Niger mons 44  
 Nitria (Nitra) oppidum 54  
 Nitriensis episcopus (Stephanus Podmaniczky) 179  
 Noricum 45  
 Nova Domo, Adam de 241  
 — Villa Macedoniorum (Macedónújsfalu?) pagus 122  
 Numa Pompilius Or. 27  
 Orbonasz (Orbancz), Andreas 242, 245  
 Orlowchich, Gregorius 232  
 Orzágh, Franciscus 232  
 Pakos (mendose: Rákos, Paks) oppidum 63, 97  
 Palina, Georgius de, episcopus Boznensis 109, 179, 232  
 Pálóchy, Antonius 173, 232  
 Pannonia Inferior 29, v. et Hungaria  
 — Superior 24, 48, v. et Hungaria  
 Pannoniae 45, 65; Or. 44  
 Paulus apostolus Or. 34  
 Paxy, Blasius, episcopus lauriensis 179, 232  
 —, Iohannes 232  
 Péchy vir quidam 167n  
 Penteleu (Dunapentele, Dunaújváros) pagus 86  
 Peréni, Emericus 19  
 —, Franciscus, episcopus Varadiensis 102, 147, 179, 232  
 —, Gabriel 173, 232  
 —, Petrus 19, 111, 118, 119, 172  
 Pestum (Pest) civitas 54, 252  
 Petrus (apostolus) Or. 50  
 Piczigetone (Pizzighettone) oppidum 38  
 Pileczki v. Pylezky  
 Podmaniczky, Michael 123, 124, 128, 232  
 Pogán, Sigismundus 232  
 Poloni 101  
 Polonia 8, 33, 52; Or. 44, 50  
 Posega comitatus 45  
 Posonium (Pozsony) civitas 26, 52, 54, 131, 242  
 Pylezky (Pileczki), Iohannes 230  
 Quinqueecclesiae (Pécs) civitas 46, 64, 117, 145, 239  
 Quinqueecclesiense capitulum 160  
 Quinqueecclesiensis episcopatus 115  
 — episcopus v. Móré, Philippus  
 — praepositus v. Brodericus, Stephanus  
 Radicz Bosicz 168  
 Radul wayvoda Transalpinus 17, 77, 78, 87  
 Rascia 45, 50  
 Rasciani 49  
 Rászkay, Casparus 166, 197  
 Rákos v. Pakos  
 Rhodus insula 120; Or. 46  
 Rivulus Dominarum (Asszonypataka, Nagybánya) civitas 54  
 Roma urbs 147; Or. 14, 37  
 Romana ecclesia Or. 54  
 Romani 65, 86  
 Romanus pontifex 21, 32, 35, 39; Or. 26, 40, 73  
 — senatus Or. 27  
 Russia 52  
 Sabacia (Szabács) arx 28  
 Sabaria (Szombathely) oppidum 46  
 Sabin Or. 27  
 Salcanus v. Zalkanus  
 Salm, Salinis v. Zólyom  
 Sárkáni (Zarkan), Ambrosius 84, 232  
 Savus fluvius 20, 28, 29, 42, 43, 45, 48, 71, 72, 75, 80, 103  
 Saxones 41, 57  
 Saxonia 167n  
 Scardona Or. 45  
 Scepusiensis comes v. Zápolya, Georgius de  
 Scepusium 54  
 Sclavi (Slavi, Sclavonici) 131, 145  
 Sclavonia 18, 24, 45, 48, 50, 59, 136, 157  
 Scythia 4, 44  
 Segnia (Zengg) civitas 50  
 Servia 50  
 Severinum (Szörény) arx 52, 54, 56  
 Siculi 58  
 Sigismundus I. rex Poloniae 33  
 Silesia v. Slesia  
 Simigiensis, Georgius 253n  
 Sirmiensis episcopatus 70  
 — episcopus v. Brodericus, Stephanus  
 Sirmium comitatus 20, 28, 45, 68, 70  
 Slavi v. Sclavi  
 Slesia (Silesia) 39, 52  
 Slesitae 32, 131  
 Slyk, Stephanus 177, 232  
 Sociosium (Siklós) oppidum 64  
 Solymarus II. imperator Turcarum 2, 11, 28, 168  
 Sopronium (Sopron) civitas 46  
 Spyra (Speyer) civitas 39, 95  
 Statiilius, Iohannes 90, 125  
 Stephanus wayvoda Moldaviae 17  
 Stridon (Stridó) pagus 46  
 Strigoniense capitulum 245  
 Strigoniensis archiepiscopatus 248

- archiepiscopus 78, 83, 128, 179, 213, v. et Georgius (Szatmári); Zalkanus, Ladislaus  
Strigonium (Esztergom) metropolis et arx 46, 242, 245, 247
- Tahy, Iohannes 157, 172  
Taurinum civitas 72; Or. 17, 44, v. et Belgradum Thárczay, Nicolaus 177, 232  
Thata (Tata) oppidum et arx 246  
Themesiensis arx (Temesvár) 19, 54  
Thomory, Paulus, archiepiscopus Colocensis 20, 21, 29, 42, 96, 109, 111, 113, 118, 137, 147, 150, 153, 232, 253n  
Thörök, Valentinus 166  
Thracia 77  
Thurzó, Alexius 25, 156, 242  
Tibiscus fluvius 53—55, 67, 252  
Tininium (mendose: Fumium, Knin) oppidum 50  
Titeliensis praepositura 67  
Titelium (Titel) oppidum 55  
Tolna oppidum 63, 79, 81, 97—99, 103, 108  
Tornaly, Iohannes 232  
Traianus imperator Romanorum 54  
Transalpina provincia Or. 17, 44  
Transalpinus wayvoda v. Radul  
Transdanubialis tractus Hungariae 61  
Transsylvania 41, 78, 82, 88, 89, 131, 240  
Transsylvania 15, 16, 52, 53, 56, 59—61, 125, 136; Or. 44  
Transsylvania wayvoda v. Zápolya, Iohannes de Trepka, Andreas 177, 227, 232  
Trincinium (Trencsén) oppidum 54  
Turcae 2, 11, 29, 30, 33, 42, 49, 70, 71, 75, 80, 87, 103, 120, 123, 188, 204, 208n; Or. 89  
Turcarum imperator v. Amurathes; Mehemetus III.; Solymanus II.  
Tyrnavia (Nagyszombat) oppidum 54
- Vacia (Vác) oppidum 54  
Vaciensis episcopus (Iohannes Országh) 179  
Vagus fluvius 54  
Walachia 61  
— Maior 17, v. et Moldavia
- Minor (Transalpina) 17, 52, 60  
Walkó arx 67  
— comitatus 45  
Valpó (Valpovo) arx 64  
Varadiensis episcopus v. Peréni, Franciscus  
Varadinum (Várad) civitas 54  
— Petri (Pétervárad) arx 28, 55, 70, 80, 91, 94, 96, 97, 103  
Várdai, Paulus, episcopus Agriensis 101, 179  
Wárday, Emericus 232  
Veneti (Venetus) 34, 49  
Vesprimiensis episcopus v. Zalaházy, Thomas  
Viennenses 155, 252  
Wiertesiae (Vértes) sylvae 248  
Vilak (Illok) oppidum 68, 70, 91, 103  
Vissegradum (Visegrád) arx 29, 245  
Vladislaus II. Kazinirus rex Hungariae 11  
Ulma (Ulm) civitas 170n  
Una v. Huna  
Ungari(a) v. Hungari(a)
- Zagrabia (Zágráb) civitas 50, 241  
Zagabiensis episcopus v. Erdőd, Simon de Zalaházy, Thomas, episcopus Vesprimiensis 147, 156, 242  
Zalankemen (Slankamen) arx 28, 70  
Zalkanus (Salcanus), Ladislaus, archiepiscopus Strigoniensis 27, 232  
Zamossius fluvius 53  
Zápolya, Georgius de, comes Scepusiensis 16, 92, 100, 110, 111, 113, 232  
—, Iohannes de, wayvoda Transsylvania 16, 19, 42, 77, 78, 82, 86, 125, 172  
—, Stephanus de 16  
Zarkan v. Sárkáni  
Zatha (Sotin) arx 67, 68  
Zechy, Thomas 173, 232  
Zegedinum (Szeged) civitas 54, 240  
Zekzardum (Szekszárd) oppidum 108  
Zemlin (Zimony) arx 71  
Zerechen, Iohannes 160  
Zetchiny (Czetini), Mathias 232  
Zólyom (Salinis, Salm), Nicolaus de 36, 113

TOMI ANTE HOC TEMPUS  
EDITI IN SERIE NOVA

*Tomus I*

ANTONIUS DE BONFINIS  
RERUM UNGARICARUM  
DECADES

Ediderunt  
M. KULCSÁR et P. KULCSÁR  
pp. 285 — ISBN 963 05 0515 0

*Tomus II*

PETRUS RANSANUS  
EPITHOMA RERUM  
HUNGARARUM  
ID EST ANNALIUM  
OMNIUM TEMPORUM  
LIBER PRIMUS ET SEXAGESIMUS

Edidit P. KULCSÁR  
pp. 232 — ISBN 963 05 0994 6

*Tomus III*

JOHANNES VITÉZ DE ZREDNA  
OPERA QUAE SUPERSUNT  
Edidit I. BORONKAI  
pp. 290 — ISBN 963 05 1513 X

*Tomus IV*

CHRISTIANUS SCHESAEUS  
OPERA QUAE SUPERSUNT  
OMNIA

Edidit F. CSONKA  
pp. 547 — ISBN 963 05 1740 1

*Tomus V*

SIMON PROXENUS A SUDETIS  
COMMENTARII DE ITINERE  
FRANCOGALlico  
Edidit D. MARTÍNKOVÁ  
pp. 127 — ISBN 963 05 1843 0

*Divulgatur per*

KULTURA

loculus postalis 149, H-1389 Budapest

ISBN 963 05 3837 7